

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Michael Cobabus Joachim Eggert

## **Disputatio Theologica De Aeterna Dei Praedestinatione**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737560886>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1678

Cobabus, Mich.







Disputatio Theologica  
De  
ÆTERNA DEI  
PRÆDESTINATIONE,

Qvam

Auspice DEO Optimo Maximo,  
Venerandæ Facult. Theol. Consensu,

Sub Præsidio

DN. MICHAELIS COBABI,

SS. Theol. D, & Prof. Publici,  
Spectabilis p. t. DECANI,

Patrui sui omni debite pietatis cultu venerandi,  
in Academia Rostochiensi ad diem 30 Martij

Anno 1678.

publico eruditorum examini  
submittit

Bibliothek  
Rostock

JOACHIMUS EGGERT US, Hemmå Dithmarsus,  
Autor & Respondens.



ROSTOCHII,  
Typis FRIDERICI KEILENBERGII,  
Academ. Typographi.

15

Viris Fratribus  
Reverendis, & Clarissimis,  
**DN. MICHAELI  
COBABO,**

SS. Theologiae Doctori, ejusdemq;  
in Alma ad Varnum Academia Professori  
Publico Celeberrimo, p. t. Spectabilis  
**DECANO,**

*Patro suo omni filialis observantiae cultu  
etatem honorando,*  
nec non

**DN. JOACHIMO  
EGGER TO,**

Ecclesiae, quae Hemae est, Pastori  
Fideli,

*Parenti Iuo Purissima pietate  
venerando*

Disputationem hanc Theologicam  
in grati animi signum  
dicat

Autor.



## Th. I. Prædestinatio non est genus Electionis, & Reprobationis.

§. I.

**H**ic nobis cùm *Subjectum*, tùm *Predicatum* ceu terminos hujus negativer, tum terminorum pugnam considerare incumbet. *Subjectum* est Prædestinatio, dicta à *pra& destino*, quia est determinatio omnia sacerdotes præcedens; in Codice Hebreo בָּרוּךְ בָּנֶה *communiter exprimitur per radicē רַחֲבָה unde* electus; Græcè dicitur ἐποιημός à ἐποίησιν *prædefinire*. Significatio hujus vocis non raro dilatatur, ut suo lób complexu redemptionem, & justificationem contineat. Form. Concord. in S. D. p. 802. Verum paulo ardiori significatu sumitur pro ordinatione fidelium ad vitam cum proposito, & præscientia complicata. Strictissimè denotat præfinitionem salvandorum, ex proposito, & præscientia tanquam consequens deductam, qvæ significatio à nobis hic attenditur. Voci huic æquipollit, præter varias *inscriptioes in Cælum, in librum vita*, de quib. vid. Meisn. in Anthr. loco de Prædest. præcipue *Electione*, qvod maximè contra Socinianos notamus, qui prædestinationem ab æterno, electionem in tempore ponunt; sed confundunt propositum, qvod ipsis est prædestination, & ipsam prædestinationem, seu electionem factam juxta illud propositum, quam illi factum in tempore dicunt, ex falsa hypothesi, Deum futura contingentia nescire determinatè ab æterno. Soc. præl. c. 8. 9. 10. 11. Smaltz. contra Frantz. fol. 427. item contra quosdā Calvinianos, qui ordine inverso electionem ab æterno, prædestinationē in tempore ponunt. Meisn. in Anthr. Disp. 14. q. 1. p. 122.

§. 2. Definitur prædestination, qvātū ad conceptum convenientiæ adiinet, ab aliis per decretum, ab aliis per providentiam, ab aliis per actionem, qvæ quomodo omnia qvoad rem in hoc coincident vid. Cottbm. in tract. de prædest. §. 3. conceptus differentiæ solet peti à causis, ut ita

A 2

loqvar,

loqvar, gratia, merito Christi, fide, gloria DEI, norma etiam, ut  
merita & merita, objecto hominibus lapis credentibus. Hinc  
oritur definitio: Prædestinationis est actio Dei uniripi, quæ ab æterno ex  
gratia propter meritum Christi, juxta propositum, & præscientiam,  
homines finaliter credituros ab æterno ad vitam ordinavit, in laudem  
gloriarum suarum. Prædicatum in thesi est genus electionis, & reprobationis,  
quid genus sit notius est, quam ut hic explicetur. Electionem dixi ex  
quipollere prædestinationi jam jam expositæ; Reprobatio vero solet di-  
ci actio Dei, quæ ab æterno certos homines, ob finale repudium meriti  
Christi prævisum, damnare constituit in laude gloriose justitiae suæ.

S. 3. Hosce terminos ita explicatos compollibilem non esse, nullus  
non facilè judicabit. Arguo n. N. actio Dei, quæ homines finaliter cre-  
dituros a vita ordinavit, est reprobatio, vel dicitur genericè de repro-  
batione. Sed Prædestinationis est talis actio. E. Majorem nullus in du-  
bium vocabit; Minorem vero, quæ nimirum allata definiitione, adversarii  
dicunt petere principium cum sua probatione. R. itaq; quod  
omne vocabulum debeat stimari ex sua expositione, & usu, & in spe-  
cie in Theologia termini debent judicari ex usu Scripturæ Sacrae, siq-  
uem ille haberi poterit, & Ecclesiæ; & hoc quidem ita, ut usus vocabuli  
in Ecclesia debeat subordinari usui, qui est de eo in Scriptura Sacra.  
Ratio manifesta est, cum Ecclesia in omnibus, quoad fieri poterit, à  
Scriptura S. tanquam normatum à sua norma dependeat, jam inquire-  
mus in usum hujus vocabuli prædestinationis, quoad Script. S. & ita in  
aprico erit, quod denotetur semper per eam electio, vel ordinatio ad vi-  
tam. Patet hoc principium ex Eph. 1, 4. ubi hic articulus ex professo tradit-  
ur; subjicimus tamen huic loco omnia reliqua, ubi mentio sit hujus  
vocis, in hoc quidem articulo, nam extra hanc materiam, si quis de hac  
voce rhetoricearetur, idem faceret, ac si diceret (servata proportione)  
Cedros esse ad vitam electas ideo, quia extra hunc articulum electionis  
dicuntur electæ. Jer. 22. & hac in parte nobiscum faciunt Calvinianorum  
non pauci, satentes extra locum Act. 4, 27. haec vocem non aliter, quam  
per electionem usurpari. Zanch. l. 5. de N. D. c. 2. qv. 1. p. 614. Ursin. p. 2.  
explic. Cathe. p. 229. l. c. autem haec habentur. Convenerant Princi-  
pes Iudeorum ad faciendum, quæ manus & consilium tuum præde-  
nauerat fieri, ubi tamen non agitur de decreto hominum, vel salvando-  
rum, vel reprobandorum, & ad hunc articulum, ppter ea impertinen-  
ter trahitur. Bell. qvog; scripturam hunc terminum semper in bonam

partem

partem sumere, concedit. l. 2. de grat. & lib. arbit. c. 16. Magister sententiarum vero lib. 1. dist. 35. & 40. haec habet verba. *Prædestinatione bonis est. & hominibus salvandis.* Qvod attinet ad usum hujus vocabuli in Ecclesia, distingvendum est inter Ecclesiam antiquam, & nostri temporis, quae distinctione est ex accidenti, & hic fatendum omnino est, quod in Ecclesia antiqua non defuerint Patres, qui vocem hanc & de Electione & Reprobatione usurparunt, sed hoc ( $\alpha$ ) in illis non est extollendum, cum hac in parte non modò præter, d. m. contra scripturam locuti sint. ( $\beta$ ) multò minus hoc vel nostræ thesi præjudicabit, vel adversariorum opinionem firmabit, quippe Spiritus S. autoritas, cum etiam singula verba inspireret 2. Pet. 1, 21. 2. Tim. 3, 16. vel hujus, vel illius Patris usui in hac voce præponderabit. Si vero iustramus Ecclesiam Lutheranam, (de vera enim non malignantium loquimur) usum quod ad præsens vocabulum, ille debet judicari ex nostris libris symbolicis, in illis autem speciali diligentia hoc ipsum, quod volumus, ceatum est: ita enim loquuntur nostra Ecclesiam articulo 11. Form. Conc. p. 618. *Prædestinatione, seu aeterna Dei electio tantum ad bonos, seu electos Dei, filios pertinet. & in solida decl. p. 798. & 799. acerna electio s. prædestinatione Dei ad salutem non simul ad bonos, & malos pertinet; sed tantum ad filios DEI, qui ad aeternam vitam consequandam electi. & ordinati sunt priusquam mundi fundamenta jacerentur.* Et tantum de probatione nostra, qua incompossibilitatem terminorum astruximus. Quod vero ad illos attinet, qui assertioni nostra repugnant, ut sunt Calviniani plurimi Calv. lib. 3. c. 21. §. 5. Soha. tom. 2. p. 1002. Emdani in actis Synod. Dord. p. 76. & Drentani p. 109. item Bell. lib. 2. de grat. & lib. arbit. c. 9. & 16. geminam ponens prædestinationem, unam ad vitam, alteram ad interitum, & si qui alii sunt, q. malunt audire vocem obscuram aliquius Scholastici, quam Spiritus S. Hi, inquam, omnes, quod reponat solidi, nihil habent. Ad locum n. act. 4, 28. supra responsum est, uti m. ad usum hujus vocis apud quosdam Patres, Scholasticos, quem usum maximè urgent. Pergimus ad principia nostræ prædestinationis.

### Th. II. Misericors Dei voluntas est universalis.

§. 1. Observamus, præviis Dialeticæ regulis, asserti nostri terminos: *Subiectum nobis facit voluntas DEI misericors: Sumitur voluntas vel radicaliter, p ipsa potentia volendi, ab actu seu radix à ramis, distincta, vel p ipso actu. Scholasticis vocatur communiter volitio, vel pro objecto, quod volumus Scholastici dicunt volitum. Gracorum in*

illis exprimendis major est felicitas; nominant potentiam θελητικην;  
actum θεληση, objectum appellatur θελητον: in nostra thesi suppo-  
nitur voluntas p. θεληση, vel actu voluntatis: in Deo n. omnia sunt  
actu: nec a potentia ad actum via datur. Definitur vero voluntas DEI  
quod sit, id, qvo Deus ab eterno vult omne bonum. König. in Posit. p. 28.

S. 2. Hujus voluntatis variae utilissimae distinctiones adnotari so-  
lent, quae materiae de Prædestinatione maximopere inserviunt. Sic (α) dis-  
tinguitur in Volunt. Antecedentem & Consequentem, illa est, quae ex  
Deo ipso: hæc quæ est ex nobis. Damasc. l. 2. c. 29. in Antecedente ha-  
betur respectus mediorum salutis, prout a DEO omnibus ordinata sunt:  
in Conseq. ut illa a nobis vel admittuntur, vel obice posito rejiciuntur.  
Vid. König in posit. p. iii. Antecedens alia dicitur voluntas Simplex,  
Universalis, Misericordia, prima; Conseq. vero Relata, Particularis,  
Justitia, Secunda. Meisn in Anstr. disp. 12. p. 42. Nos in thesi intelligi-  
mus Antecedentem. (β) Distinguitur in Volunt. Absolutam & Condi-  
tionatam, illa est, quæ Deus simpliciter sine intuitu conditionis aliquid  
vult, exempla ejus habentur Ps. 115. Es. 66, 4. &c. Conditionata est, quæ  
Deus certa posita conditione aliquid vult, cuius exempla stant Luc. 7.  
30. fundamentum hujus distinctionis est potentia Dei vel absoluta, &  
irresistibilis, vel ordinata. Maurit. in Fat. Calv. §. 36. (γ) Volunt.  
alia est Efficax, alia Inefficax Aug. in Enchirid. p. 102, 103. prior est, quā-  
do voluntati respondet effectus; posterior vero, quando ita Deo re-  
sistitur, ut p. defectum conditionis effectus non sequatur; notandum  
adeoque voluntatem divinam in multorum salute dici inefficacem, nō  
quasi nolle id, quod vult efficere, sic enim voluntas Dei semper in salu-  
tis negotio efficax est; sed ita dicitur, quia nos voluntati DEI in ipsa  
sæpe operatione resistimus, ne, quod volebat in nobis efficere, obtineat.  
Referam verba Dorschæi contra Triglandum p. 15. Impediri volun-  
tas Dei propriè nequit, sed tamen ordinem rerum constituere. Et ad illius  
amplissimas beneplaciti Divini significaciones allegare, cui dum per-  
tinax malitia refugatur, moraliter impeditur, dum propter illam re-  
nitentiam subiecto se non applicat, quod novâ excitata pertinaciâ ex-  
tra ordinem descriptum monatur, efficax igitur est voluntas Dei non  
tantum actu primò; sed etiam secundò, dum motibus suggestionib⁹  
excitatis subiectum propositum afficit. Non igitur in officina sua sub-  
iectis ordini suo applicandū presentibus caret èrigitæ, imò etiam ad  
evag-

εἰρήγη ημα quoddam non raro progreditur, licet malitia αποτέλεσμα  
oriri non permittat. (d) Ibidem Augustin. observat distinctionem vo-  
luntatis divinae in eam, quā Deus aliquid agere vult, & eam, quā ab ho-  
minibus aliquid vult fieri, priori vult homines salvare, posteriori vult  
homines salutis media admittere. (e) Voluntas alia est legalis, alia  
Evangelica. Legalis dicitur, in qua Deus debita nostra indicat, & requi-  
rit. Evangelica, quae est hujus loci, in qua beneplacitum suum, & con-  
silium de redemptione generis humani indicat, & revelat. Meisn. An-  
throp. diss. 12. qv. 1. §. 25. (f) Voluntas alia est arcana, alia revelata;  
illa iuxta Meisn. est, cū mysteriū Evangelii ante universalem pre-  
dicationē, quippe quod vocatur mysteriū ab æternis temporibus tac-  
tum. Rom. 16, 25. Col. 1, 26. tum, & quidem præ primis, particularia  
Dei judicia, & speciales casus, quorum ratio reddi nequit. Rom. 11, 33.  
Per revelatam autem intelligit ille ipsam doctrinam Evangelicam, in  
Sacro Codice comprehensam, & p Prophetas, & Apostolos annua-  
tam, quæ complectitur omnia ad salutis adepctionem necessaria. Hinc  
est, quod in rebus nostra salutis nullam voluntatem arcanam agnosca-  
mus. (g) Distinguitur inter voluntatem beneplaciti, & Signi. Variè  
supponitur hæc distinctione apud Theologos cū nostros, tum Calvinianos,  
& Scholasticos. Communior significatio est, quod voluntas bene-  
placiti sit actus Dei immanens, quo Deus vel aliqd eligit, vel aversatur;  
Quia autem tò aversari hic etiam sub voluntate beneplaciti contine-  
tur, eudoxia vero non terminatur ad ea, quæ Deus aversatur; hinc  
Theologi eam voluntatem vocant potius placiti, quām beneplaciri, &  
ipsi etiam Scholastici, esse hic Cathachresin, fatentur. Voluntas signi  
describitur, quod sit id, quo consilium suum interius manifestat, ut  
sunt mandata, promissiones &c. In nostra thesi utraq; voluntas debet  
intelligi, neq; enim aliter potest, cum signum suo signato respondere  
semper debeat, & contra.

§. 3. Tantum de subjecto, videamus prædicatum, quod est tò uni-  
versale; quot modis hæc vox apud Philosophos supponatur, nō est  
hujus disputationis determinare, nobis hic intelligitur universalitas  
objectiva, quia voluntas misericors p objecto habet omnes homines.  
Porro hæc universalitas propter varios respectus variè denominatur;  
sic intelligitur hic (α) universalitas temporis quia Deus omni tempore  
voluit homines salvos fieri (β) universalitas loci, quia Deus ubiq; lo-  
corū, tum in V, tum N. Tdstat. citra respectum gentium, salutem ho-  
minum

misum intendit ( $\gamma$ ) universalitas *individuorum*, ita ut non tantum genera singulorum, sed singula generum, omnia individua hominum sub hac misericordia voluntate comprehendantur.

S. 4. Seqvitur jam cohærentiam terminorum demonstrare; hic vero secundum disputationis nostræ modulum non tam ad dictorum cumulum, q̄ ceteroquin in tanto articulo deesse nobis nō potest, quam pondus paucorum penitus experiendum respiciemus. Duo pro connectione subjecti, & prædicati ex fontibus sacris delibabimus. Primum ex V. Test. Ezech. 18, 33, q̄od conferemus cum capite 33, II. ex hisce ita ratiocinor. Q. nec impiorum morientium vult morrem, illius voluntas est universalis in ordine ad salutem hominum. Atq. Deus &c. E. Maj. nititur partim enumeratione omnium hominum, q̄ fl. vel pii, & viventes, vel impii & morientes, prius in majori nostra non sumitur, q̄via hoc omnes largiuntur, igitur tantum posterius explicitè ponitur, partim ab æqui pollutia phrasium illarum, non volo hominem, vel peccatorem mori, & volo hominem s. peccatorē vivere s. salvum fieri, cūm inter mortem, & vitam non detur medium, sed sint contraria immediata, jam obtinet regula: remoto uno contrariorum positur alterum. Min. est Spiritus S. in loc. c. Adversarii Calviniani respondent neg. Min. ad huj⁹ probationem varias adferunt glossas, videamus illas. (1) dicunt, vox peccatoris non supponitur universaliter pro omnibus. Idq; variè conantur ostendere ( $\alpha$ ) q̄via tantum indigitatus impius vel peccator, qui convertitur, id probant: habetur n. in textu בְּנֵי יִשְׂרָאֵל; particula autem (2) nunquam potest reddi p̄ conjunctionem, adeoq; non hic est sensus, ut convertatur, & vivat; sed q̄vi convertatur, vivat. Hæc responsio est Piscatoris Vol. 2. Diff. p. 187. idem repetit in not. ad amicam collationem Vorstii. cum eo est Beza in Colloq. Mompel. p. 511. ( $\beta$ ) q̄via Propheta loquitur de sola domo Israelis, Spanhemius exercit de univ. grat. s. 5. p. 127. ( $\gamma$ ) q̄via impius non absolutè, sed hypothecè exponi debet, si convertitur, id autem de omni dici non posse, patet. Spanh. l.c. Resp. (1) καὶ ἀνθετού; contradicunt illis ipse Galvin. c. 18. Ezech. Marloratus in expos. h. loc. q̄ cōcedunt particulam finaliter esse verrendam, hoc sensu, ut convertatur. (2) καὶ ἀληθεῖα ( $\alpha$ ) ad ea, q̄væ Piscator monet de particula, esse hoc petitionem principii, & pugnare cum principiis lingvæ sanctæ, q̄vibus inculcatur, q̄od inter septem officia literæ hujus servilis, sit indicare motum ad aliquid. ( $\beta$ ) q̄od dicitur intelligi peccatorē, q̄vi

con-

convertitur; h. e. manifestè vim inferre textui, ubi Propheta loquitur de peccatore non quovis, sed moriente, vel qui aeternum perit; ecquid ille convertitur? (γ) quod dicitur a Spanheimio, esse locutionem hypotheticam, si convertitur, est & hic petitio principii, quomodo illa glossa probabitur? (δ) quod obvertitur, loqui Prophetam cum Iudeis, nihil habet ponderis, cum eadem sit ratio morientium, vel pereantium. Sive sint Iudei, sive non, & tam pugnat cum principiis Reformatorum, Deus vult homines Iudeos salvos fieri, quam quod velit omnes homines salvos, cum in Iudeis, vel domo Israel reprobri longè plurimi fuerint: Directè ad Iudeos loquitur, consequenter vero ad omnes hoc se extendit, & si haec glossa valeret, omnia ferè dicta V. T. parum ad nos facerent.

§. 5. (2) a Voce impii pergunt ad reliqua, distinguunt itaq; inter velle, & delectari, potest Deus aliquid velle, quo non delectatur, adducit Piscator Ps. 5. Deus non delectatur peccato; sed tamen vult, quando volens permittit. Resp. (α) malè haec coherent cum prioribus, ubi insinuabant, hic intelligi peccatorem conversum aliquando, & electum, quero, anne Deus ejusmodi peccatoris salutem velit? Savè juxta suas hypotheses hoc affirmabat. (β) quod de permissione inferebatur, planè inconveniens est, si quis inde voluntatem probabit, ego rem inverto: permittit, E. non vult, quia permissione est inter actus negativos voluntatis divinae: aliud est permettere, aliud velle. Deus nullum peccatum vult, & ne quidem permissivè vult; sed permissione peccati vult, item bonum, quod præter, & contra naturam peccati ex eo elicit, & ideo permissione vocatur nolle negativum a quibusdam, ex Aristotele, *actio mixta voluntatis*, sed planè incommodè.

Nondum cessat perverteendi libido, adeoq; a rā velle procedunt ad mortem, & (3) disputant, hic capi mortem gladii, vel corporalem. Piscator Martyr. Spanh. Resp. (α) Bene a minori ad maius; non vult corporalem, quantum minus aeternam mortem. (β) an unius positio est alterius exclusio? (γ) probo aeternam intelligi: (1) ex contrapositione vitae aeternae. Ezech. 18,17. (2) illa mors intelligitur, a qua pii sunt immunes, at talis non est mors corporis. (3) illa tandem quæ irrogatur malitiosis peccatis, quæ solet præcipue esse aeterna. Hinc Piscator, quod multis astruxerat lib. d. grat. p. 61. in Vol. p. 188. destruit dicens, Quod (Schaffmannus) moneret in fine hujus loci intelligi mortem aeternam, id extra controversiam est.

§. 6. His ita firmatis, subiectam fundamantum ex N. T. locus in signis  
B

signis est 1. Tim. 2. 4 & seqq. Deus vult, omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire. Hic quo ad ipsa verba thesis nostra habetur, nec est, ut magis formaliter ex hoc loco discurrat, notabimur saltem, quomodo verie hoc firmamentum consentur convellere. *Subjectum*, quod est Deus, invertunt Sociniani, excludentes hic filium & Sp. Sctum. *Objetum*, homines impugnant Calviniani duplice modo, vel non distributivam hanc faciunt accommodam, ut hic sit sensus, Deus vult omnes homines salvos fieri, i. e. nemo salvatur, nisi quem Deus vult salvum fieri, quam expositionem habet Augustinus, & ex eo Thomas: vel etiam faciunt distributivam absolutam, at non completam, siogula generum continentem, sed impletam, p. generibus singulorum, quae expeditio pariter ex illis Aug. & Thom. deducitur: Alii autem volendi impugnant, & non vult exponunt, vel de voluntate preceptiva, effectiva, causali, ut hic sensus, Deus vult, i. e. Deus facit nos velle, hanc expeditonem iterum insinuat Thom. in hunc locum, amplectitur illam Guilhelm. Estius Prof. Duacenus ad hunc locum in Epist. ad Rom. 8, 20. Alii de voluntate optativa, desiderii, s. pietatis, quam scholastici vocant velleitatem, vid. Salmeron in h. l. qui eam se audivisse testatur. Alii de voluntate approbativa, ut hic sit sensus, Deus vult i. e. Deus approbat hominum salutem: commemorat eam Thom. in h. l. avidè vero amplectitur Theol. Facult. Leidensium in praedictio exercit Spanh. & Calviniani passim. Alii de voluntate signi, de quo iterum apud Thom. in h. l.

S. 7. Harum expositionum nullam nostram faciemus, quasdam quidem, si extra pugnam cum Haereticis constituti essemus, possemus tolerare; sed Apostoli mentem vel ab una illarum hauriri, negamus; Nos itaque *Subjectum* hic constituimus Deum trinum. *Objetum* omnes homines in suppositione distributiva, absoluta, completa, *Voluntatem* autem capimus in significacione circa evolutionem subjecti anteced. nostræ thesis insinuatâ. Probo, de Deo quidem non prolixam instituam deductionem contra Socinum, opponam illis dict. Joh. 5, 19. ubi τεωτόης & operum, & modi agendi insinuantur. Pro *Subjecto* ita arguo: Pro quibus debemus orare, illi intelliguntur in h. l. Atqui p. singulis generum &c. E. Respondet Spanh. Neg. & Maj. & Min. quia nulla necessaria est connexio inter Subjectum & prædicatum; nec enim nostra oratio est causa, cur Deus velit homines salvos fieri. Respondeo, nec nostrum aliquis datur, qui orationem venditat pro causa salutis, sequelam autem quod attinet, illa nihilominus,

nus, etiam si non sit à causa ad affectum, sibi constat, colligimus à po-  
steriori, quæ ratio arguendi est usitatisima, maximè in Divinis: ex  
mandato colligimus voluntatem, quia Deus jubet, ut oremus pro sa-  
lute, etiam velit illam, sequitur; quid enim juberet, ut pro illa orare  
mus, quam ille tamen nolle? Minorem ut convellat, negat, nos ora-  
re pro omnibus, nam non oramus pro morenis, deinde non oramus  
pro iis, qui sunt peccatores ad mortem I. Joh. 5, 16. Resp. an mortui  
sunt homines? ad alterū, de iis, qui peccant in Sp. S. dico, illi st. expreßè  
à precibus nostris remoti, & excepti, jam sicut non impedit, omnes ho-  
mines esse peccatores, etiam si Christus expreßè est exceptus, ita etiam  
expressa illa excepcionē non impedit universalitatem nostrarū precum,  
tum etiam hoc notamus, quod verba Johannis non sint accipienda in  
forma mandati, non enim prohibet orare pro illis; sed illud relinquit  
liberū nostro placito, dicit enim non dico ut pro illo roges, vid. Dorsch.  
in Disp. supra hunc locum I. Tim. 1, 4. quæ reliqua suot nobis objecta,  
non tanti sunt momenti, ut illis inhāreamus. Vid. ap. Spanh. cont. A-  
miralium Professorem Gallicanum.

§. 8. Qvod ad voluntatem attinet, ita concludimus. Ea voluntate  
Deus vult homines salvos fieri, quæ vult eos orare, sed hoc posterius  
Deus nō vult tantum volūtate optativa, præceptiva, approbativa, signi,  
simulata. E. Maj. nititur collectione Apostoli, qui colligit universalitatem  
orationū inde, quia vult omnes salvos fieri. Min. nemo sub du-  
biū vocabit, reputans, quod Deus miserit Paulum ad prædicandum,  
adhortandum, & cum vita discriminē laborandū, & nō tantum optet,  
approbet, simulet &c. se hoc velle; ut taceam, quām injuriae disputa-  
tiones illæ sint in Deum nostrum.

§. 9. Superest, ut lūstremus, quomodo thesi nostræ contradicatur,  
sed cum omnia hic excutiendi mihi non detur copia, brevissimè hæc  
pauca observata dabo; hic nobis primariò rem esse cum Reformatis,  
nihil enim hīc dicam de Manichæis, & disputationib⁹ inter Godiscal-  
cum, qui ferè idem, qvod Calviniani hodie docebat, & Hincmarum,  
qui errorem illum dextrè refellebat; contra qvas Disputationes de-  
terminavit Synodus Valentina, beue qdem in hoc, qvod contra God-  
scalcum prædestinationem ad peccatum damnabat, sed in hoc male,  
quod contra Hincmarū negabat, Christum esse mortuum pro damna-  
tis, qui in gehennam transmissi essent, antequam crucifigeretur, de  
qub. vid. Maurit. in Fato Calvin. §. 24.

Communis sententia Reformatorum est, voluntatem misericordie pertinere ad Electos tantum, non ad reprobos. vid. Calvin. lib. 3. Inst. c. 11. c. 13 in cap. 18. Ezech. p. 97. Bez. in Colloq. Mompel. p. 527. Zanch. tom. 7. p. 595. Evidem sunt, qui aliter s̄epe loquuntur, ut Parraeus, & inter Dordrechianos aliqui, verū per suas hypotheses eadem mox destruunt. Sed nos, quo ordine thesin nostram tractavimus, etiā anththesin subjiciemus, quoad subjectum igitur, quod est voluntas notamus (1) pravas voluntatis distinctiones, quas excogitant: sic distinguunt inter voluntatem Christi divinam & humanam. Piscat, priori vult multa, qvæ non vult posteriori: Sic Christus voluntate humana volebat congregare filios Jerusalem, ut gallina pullos suos, non verrò Divinas quia verò videt, hinc sequi contrarietatē voluntatū distinguit inter contrarietatē moralem & Logicam, nō diam, sed hanc dari intervoluntatē Divinā & Humanā. (2) distinguunt inter voluntatē seriam & simulatam, & posteriori quidem, nō priori Deum velle omnī salutem. (3) inter voluntatē approbantem & efficientem, illā quidem amat, sed non cupit p destinationem sufficientium mediorum salutē hominum expedire, hāc verò & cupit, & expedit simul qvorundam salutem; priorem alias dicunt voluntatem euagisias, mandatum credendi, posteriorem voluntudinis, promissionem fidei.

S. 10. Deinde alias distinctiones in se bónas p̄vertunt, & ad suas hypotheses tegendas male applicant. Sic Arcanam voluntatem dicunt, quā tantum paucos absoluē vult salvos fieri; revelatā autem, qvā universalem amorem juxta illos Deus exprimit: Item Efficacem & Ineffacem ita exponunt, ut ratio efficacitē nulla ratione ad hominum obedientiā, vel contumaciam; sed in Deum referatur, prout ille hominum salutem vel feriō, vel fecus intendat; idem tentant in distinctione voluntatis signi & beneplaciti, signi voluntate vult omnes salvari, beneplaciti tantum electos. Sed in hisce omnibus merae committuntur petitio-nes ejus, qvod est in Principio, & innituntur falso principio de horri-do, & absoluto decreto. Tandem nostras distinctiones rejicunt, ita rident voluntatis distinctionem in absolutam & conditionatam, oppo-sit Spanh. invicta, ut putat, dissemata quædā, quæ passim à nostra-ribus, & maximè à Dörschæo contra Trigl. vide resoluta. Distinctio-nem voluntatis in Antecad. & Conseq. novitatis argunt, & contra distinctionis, quam ex Damasco deducit tamen Meissn. in Anthrop. diff. 22. In predicato, qvod erat rō universale, negant universalitatem, tem-poris,

*poris, loci, individualium* : opposunt, ut ad novissima descendā, Amē  
ricanos communiter ante illarum terrarum investigationem, in quib⁹  
tempus, locus, & certa individua sicut conspicua, ad qvæ universalitas  
salutis in voluntate divina non terminata fuit, qvibus excutiendis,  
cum passim à nostris confutentur, non immorabor. A voluntate  
misericordi, per gemus ad meritum Christi Catholicum.

**Th. III. Meritum Christi, in ordine ad Salutem  
hominum, est universale.**

§. I. Terminorum expositio hic dimidata esse potest, prædicatum  
enī, quia idem est cum præcedentis positionis, novam expositionem  
non meretur. Subjectum subtilium disputationum ansam offerre no-  
bis possit, qvastamē pio potius silentio involvemus, qvām ut expin-  
sis Scholasticorum placitis, extra omnem Scripturæ Sacrae manuducti-  
onem, illas minutatim enucleemus. Hoc saltē observamus: (α) illas  
Scholæ Doctorum distinctiones inter meritum. (1) Congruum. (2)  
Condignum. (3) Promissionale. (4) Pactitium. (5) Subsidiarium, ut  
Danhow. in Hedom. Pap. p. 201. loquitur, esse phantasmatia Schola-  
stica; maximē cum & ipsi termini sicut contradictorii, ut observat  
Grotius de J. B. & P. p. 540. & res terminis substratæ in Theologia  
Orthodoxa damnentur. (β) Deinde & hoc notamus, definitionem  
meriti nobis constitui, quod sit opus perfectè præstitum, indebitum,  
proprium, & quale suo mercedi. qvomodo singula membra ad Salva-  
toris meriti exactissimè quadrent, examinanti facile patebit. *vid Plur.*  
*apud. Danhow. l. c. p. 167.* (γ) Porrò præsentem definitionem invol-  
vere etiam actus exaltationis, nec in morte nobis finitum est meritum,  
resurrectio, ascensio, sessio ad dextram nobis sunt actus meritorii, &  
particulæ meriti Christi. König in *Theol. post. p. 151.* Ulterius (δ)  
cum meritum possit comparari ratione sui effectus, vel mercedis ad  
Salvatorem ipsum, vel ad alios: in priori Electione nullam agnoscim⁹  
meriti efficaciam, quasi gloriam sibi exaltationis eo meruisse Christus,  
in posteriori vero non ad Angelos; sed solos homines terminari  
dicimus. Tandem (ε) ut actus illos exaltationis non excludimus à me-  
rito Christi; ita multò minus illos actus exaltationis, per qvos singulis  
Divinae legis præceptis obediens pœnitita est, donec planè est adim-  
pleta. Postremo (4) nobis meritum Christi esse, totam illam obedi-  
entiam, quā & legem implevit perfectissimè, & passione, & morte sua

witam & Salutem æternam nobis peperit. Hæc breviter de terminis, eum prædicatum jam autè evolutum sit.

S. 2. Demonstrabo jam cohærentiam. Primum fundamentum desumo ex 1. Tim. IV, 10. *christus est σωτῆρ* omnium hominum, maxime vero fideliū. Procedit hic Apostolus ordine analytico, ab omnibus ad Electos, vel à genere ad speciem, ut ait *Cranerus de prædest.* cap. 4. & sic obstruit Calvinianis rimam, Universalitatem ad Electos restringendi. Excipit Piscator, *vocabulam σωτῆρος* indicare non Servatorem per modū redemptionis, sed generalis providentiaz. ead. hab. *Spanb.* d. *grat. univers* p. 808. ubi adducit pro sua sententia versionem Italicā, & Belgicam. Respondeo i. Verbis Mauritii in *Fat. Calvin.* debuisse adduci locum S. Scripturæ, ubi vox *σωτῆρος* ita supponitur. 2. Illam expositionem refragari textui ut latè deducit *Danhaw. in Hodom Cal.* v. p. 1626. ; ratio, quia (α) promiserat non bona seculi; sed & vi maximè v. 8. (β) exabsurdo; generalis enim illa cura pertinet etiam ad Diablos, sed Paulus ibidem infert singulare solarium, quo Timotheus debebat erigere afflitas mentes (γ) ex ineptō sensu, aliter enim *σωτῆρ* ascipiendus esset in primo membro, aliter in posteriori, & sic comparatio non esset instituta in ima specie. Aut. cit. illustrat hoc, dicens, perinde est, ut si dicas de Medico, *is est σωτῆρ* tantum suorum suum in harra, sed etiam agrotorum suorum in Nosodochio.

S. 3. Excipiunt tamen porro *Spanheim. de gr. univ.* p. 815. tria. (1) *ἀστυλογίσιον*, dum hic à genere ad speciem affirmativum dicitur ita, Deus est Salvator omnium E. Christus sensu Evangelico, per redemptions prestatam suo sanguine. 2. Staturit oppositum in opposito, cum Servator, & servandi, & servati sint ἐκ τῶν τεστί, dicetur Servator multorum, quos nec servavit, nec servabit. (3) *ταυτολογία* affingatur Apostolo, & membra ἀντιδημένα confunduntur, hic enim sensus erit: Deus est Servator omniū, si credunt, vel modò credant, & sint fideles, & est Salvator maxime credentiū, & fideliū, ista itaq. concidunt. Resp. (α) Non est *ἀστυλογίσιον*, ubi textus generale positum specificat. (β) non est oppositio, quia non est oppositio τοῦ αὐτοῦ αὐτοῦ, nam Servator nominale est, servare verbale; notum autem est, nomina abstrahere ab actu secundo, verba & participia intimare actum verborum suorum (γ) *ταυτολογία* nulla est, quia una sententia est hypotheticè concepta, altera cathegorice,

S. 4.

§. 4. Secundò ad probandam thesin nostram propono locum. El. §3.6. ex eo ita mihi argumentari licebit: Cui sunt impositæ iniqvitates omnium errantium sicut pecus, illius expiatio, vel meritum pertinet ad omnes homines. Atqui Christò &c. E. Maj. constat, quia errare sicut pecus, & in suam viam discedere non est nota electorum, sed omnium hominum culpa Adæ errantium, qvod ex simili periphrasi patet. Rom. 3, 9. 10. 11. 12. Min. est in loc. cit. Excipiunt, & in specie Polan in Syntagm. per omnes errantes intelligi electos, probat sententiam suam ( $\alpha$ ) quia Propheta loquitur in prima persona plurali, & se includit. ( $\beta$ ) quia hic locus attribuitur credentibus 1. Pet. 2, 24. 25. ( $\gamma$ ) quia oves in Script. denotant Electos. Resp. ex hoc loco universalitatem peccatorū deducit Calvinus in exposit. h.l. Calvini sequitur Oekolampadius vid. Cothm. in tratt. de prædest. p. 117. ad rationes Palani & quidem ad ( $\alpha$ ) nulla est consequentia, tñias est. Inter errantes. E. non omnes peccatores, sed tñum Electi indigitantur; hec non sunt pugnacia; loquitur per nouo τὸ ηπνον, quemadmodum hodie nostri concionatores, quando vitia pro concione reprehendunt, loquuntur generaliter in prima persona plurali, nec inde commode infertur, quod illi istorum vitiorum, quæ taxant, rei sint. ( $\beta$ ) nec hinc aliquid infertur, sc. credentes sunt inter errantes numerandi. E. non reprobi. Credentibus applicatur in specie, ratione applicationis, & fructus ( $\gamma$ ) urgemus (1) verbum IESU in fonte, qvod notat pecora minoria, cùm hircos, tñum oves Pisc. c. 7. El. p. 105. (2) Distinguimus inter vocabulum ovis in expressa oppositione ad hircos, & quando simpliciter ponitur, in priori posita indicat Electos, in posteriori pios & impios invicem mixtos, ut in Ecclesia visibili Matth. 10, 16. Joh. 21, 18.

Positioni nostræ ita expositæ varie contradicuntur, non tamen repeatam veteres errores, sed eos tantum, qui hodiè acriter defenduntur. Sociniani planè negant, Christum à humano genere satisfecisse, & meruisse, & sic in totum Christi meritum extra pomaria Christiana volunt proscriptum. Verba Socini sunt: Christum nec debuisse satisfacere, ostenditur enim, nullam iustitiam postulavisse, ut peccata nosfrā punirentur. part. 1. de Chr. Serv. c. 1. Völkel. l. 5. de U. R. c. 22. Nec potuisse. Soc. præl. Theol. c. 18. fol. 98. de Chr. Serv. pag. iii. cap. 3. 4. s. 6. Smiglicius de Satisf. c. 12. Crell. contra Grot. Schlichting. Disq. pro Socn. contra Meisn. Contra hos vide accuratè disputantem Schertz. in Coll. Antisoc. p. m. 435.

S. 1.

§. 5. Præter Socinianos multa contra meritum Christi disputant Pontificii; nam ut silentio premā, quæ paucis circa evolutionem subjecti in thesi removimus (α) quod meritum Christi finitur in morte, nec resurgendo, & aliis actibus exaltationis quicquam meruerit. *Bec.* p. 537. *Grég. de Val.* tom. 4. disp. 1. qv. 2. (β) quod etiam sibi meruerit gloriam. *Bell. l. 5. de Ch.* c. 9. *Bec.* c. 4 q. 4. n. 2. (γ) illo merito etiam Angelos salvaverit, eisq; meruerit omnem gloriam, & gratiam, sc. electionem, vocationem, auxilia adjuvantia, sufficientia, & efficacia, & deniq; omne meritum & augmentum gratiæ, & gloriæ, quare Christus fuerit causa meritoria gratiæ, & gloriæ Angelorum, vicissim Angeli habuerint fidem vivam Christi incarnati, & per eam sint justificati, verba sunt à Cornel. à Lapide *Danh.* cit. *Hodom Pap.* ph. 8. p. 61. (δ) Satisfactio Christi non fuerit necessaria *Saa.* p. 47. Hoc maximè notatum meretur hoc loco, quod expreßè doceant, Christum non satisfecisse pro *Electissimis*, ut loquuntur, de quibus inferius pluribus dicemus sic dein absolutissimè reprobati non possunt juvari merito Christi, tales autem illis sunt intantes ante baptismum decadentes, quos limbo infantum transcribunt, de illis hæc habentur apud *Bec* in *Theol. Sch.* de prædest. c. 15. q. 8. p. 72. qvarit quomodo aie *Apostolus*, *Christum pro omnibus moreum esse*, quomodo ejusmodi infantes (αβάτιστοι) non possunt esse participes tanti beneficii. *R. Doct.* *Prosp* in lib. ad objectiones *Vincentianus* c. 1. & ad cap. *Gallorum* c. 9. dicit *Christum mortuum esse pro omnibꝫ quoad magnitudinem, & potentiam pretii*. Plura nou addo consulatur *Danhaw.* in *Hodom. Pap.* tom. post. p. 33. & seqq. ibi tale ponit phantasma ex hypothesis Pontificiorum. *Christus Salvator non unus, sed divisus in se, indivisus ab alio, Mediator semiperfectus ημίλυτεωτης, Particularis, non necessari*.

§. 6. Sed videamus tandem Calvinianos. Hic quidem (α) Beza verba sunt notissima omnibus ad thesin Wittenbergensem de prædest. in Coll. Momp. p. 5. 14. Certe, inquit, nobis (cum Sociis in colloquio) intolerabilis vox vestra visa est, *Christum esse mortuum pro damnatis*. *Pisc. Disp. de Prædest.* th. 3. Non pro singulis mortuis est *Christus*; sed tantum pro aliquibus. Sed Paræus cum aliis non paucis & Dordrec. Conc. c. 2. de mort. Ch. p. 289. vult videri, se concedere, *Christum pro omnibus mortuam esse*, ita enim in Iren. c. 18. p. 245. inter alios articulos, quos Calvinianis non bona fide impositos conqueriri.

queritur, numerat primò locò, quod Christus non pro omnibus hominibus sit passus, & mortuus. Cæterum quomodo sibi contradicat, vid. Mertz. in Exeg. A. C. p. 356. ( $\beta$ ) Piscatoris error hic prætereundus non est: in Epist. ad Rom. c. 4. & 5. p. 17. & alibi passim per vicaciter negat, Christum obedientiā activā pro nobis satisfecisse, vel legem impleuisse: idem Wendel. in Vendic. cont. Gerh. Paræus in Comm. in Ep. ad Rom. damnata hæc sententia est publicè in Concilio Wappio. in Gallia.

S. 7. Tria autem sunt Calvinianorum in hoc capite effugia. (1) & primarium, ut per detestandas detorsiones in lucidissimis Sacrae Scripturæ dictis universalitatem ad Electos restringant, ut exempla vidimus in probatione nostræ thesis. Syn. p. 287. & hic ex ipso textu illos refutamus, p legitimæ interpretationis regulas, de qvibus latè Danhaw. in Herm. Sacr. (2) distingvunt inter meriti Christi sufficientiam, & efficaciam: circa hoc effugium notamus ( $\alpha$ ) verum sensum hujus distinctionis, qvæ Scholasticis est communissima, isti igitur per sufficientiam meriti, ipsum actum redēctionis, & salutis acqyfitionem intelligunt, per efficaciam verò meriti applicationem, & salutis acqvisitæ collationem intelligunt. Calviniani verò per sufficientiam volunt intellectam potentiam salvandi, sc. fuisse pretium satis validum, & potuisse eo omnes etiam reprobis redimi, si ita placuisset Deo, quod, cum non placuerit, ipso actu pro omnibus etiam non satisfecit. Per efficientiam verò intelligunt ipsum usum meriti, vel applicationem, ex eo oriundam, quod tantum pro eis actu mortuus est. Maxima igitur est differentia, præcipue in acceptione prioris membris consistens, quod ipsi de quadam potentia sine seria Dei intentione, Scholastici, & qui hodiè illa utuntur distinctione, de ipso actu cum seria Dei intentione intelligunt, vid. Meisn. in Antrop. Disp. 13. p. m. 74. ( $\beta$ ) quod ipsi Calviniani Doctores illam distinctionem rejicunt. Bez. in thes. Genev. fol. 129. nominat ἀκρολογίαν, p. 2. Resp. p. 217. nominat meram tergiversationem, Maccov. in præd. Disp. 12. dicit esse ineptā. Wendel. Catachresticam lib. 1. c. 1. p. 287. Piscator pro reprobis nullo modo mortuus est Christus s. sufficienter, s. efficienter. Spanh. de grat. univ. det nobis ullum locū, ubi Christus publicat, se soluisse pretiū, p omnibus redimendis sufficiens, &c. p. 2236. ( $\gamma$ ) Nostrates illā (in hoc Calvinistarum sensu) refutant, quia pugnat cum Scriptura i. Job. 7. v. 2. ubi omnis exaggeratio Apostoli cadit, siita exponas: Christus non

C

solum

solum pro nostris peccatis mortuus est, sed etiam pro totius mundi,  
non efficaciter, vel seriā intentione, sed sufficienter. (1) Tandem  
pugnat cum hypothesis Calvinisticis: Calvinianū enim carnem  
Christi statuunt esse expertem infinitæ virtutis, quomodo igitur tan-  
ta sufficientia, vel valor passioni carnis adscribi potest. (2) effugium est  
illa hypothetica: Christus omnibus hominibus vitam æternam pro-  
meruit, si credat. Crotius p. 2. Convers. Pruten. c. 16. p. 472. Resp. D.  
Danhabw. in Hodom. Calv. Phantasm. 8. p. m. 1617. hoc idem est ac  
si Medicus diceret, se Panaceum confecisse omnibus Podagrīcī saluta-  
re, si ad ipsum accurrissent, quis ejusmodi Agyrē in Medicorum choro  
locum dabit? & Wendel vocat hoc Pelagianum, quod nemo ortho-  
doxus admiserit p. 287.

Th. IV. Vocatio ad salutem, ex seria Dei inten-  
tione, ad omnes homines pertinet.

§. 1. Vocatio Dei propter variam ejus dispositionem, ut sit Ambros. lib. 2. de voc. gent. c. 1. vel varios ejusdem modos, ut ait Meisn. in Antrop. Disp. 15. qv. 1. Solet variè distingvi, & ita alia est indirecta, alia directa. Prior est, quæ pro suo proximo fine non habet salutem hominum. Körning in Theol. Posit. p. 3. c. 1. De hac vocatione notamus, (a) quod fiat præprimis quatuor modis (1) p contemplationem  
creatrarum, & hac vocatione gentes fuisse vocatas, disputat Apostolus Rom. 1. v. 19. 20. 21. (2) p testimonium conscientiæ, hanc vocationem insinuat Apostolus Rom. 2. 15. vocat illam opus legis cordibus inscriptum, quæ lex perperam à Scholasticis definitur p dictamen recte rationis. (3) sit per famam generale de Ecclesia, in qua colitur verus Deus, & de miracula ibidem editis. (4) deniq; per illustria documenta illorū, quæ ex gentilissimo ad verum Dei cultum se applicuerunt Act. 2. v. 5. (5) quod illa indirecta vocatione non ducat immediatè ad salutem, quod con-  
tra Arminianos hodiernos observavit Hülf. Disp. 2. Diatrib. de Au-  
xil. grat. Nec per eam detur assensio fidei, qui error est Weig. part. 2.  
Postil p. 14 & Salmuriensium. Mauritius in Fat. Calv. §. 51.

§. 2. Directa vero dicitur, quæ intendit, & p fine suo proximo ha-  
bet agnitionem voluntatis divinæ, in Evangelio revelata, & Salutem  
æternam communiter distribuitur in ordinariam, & extraordinariam,  
hoc dicitur, quando vel immediatè, vel per ipsam Dei vocem, vel per  
miracula qd ad salutem vocatur: illa fit per externū verbi ministerium.

Meisn.

Meisn. Disp. 13. q. 3. §. 15. Danhaw. in Hodom. Calv. p. 7. Ph. 9. p. m.  
1944. ita procedit. καὶ δοκιμῶν πραδιτοῦ Ἐvangeliū intelligitur vel ne-  
gatiuē, quatenus nemo absoluto odio exclusus est ab eīus communica-  
tione, ad quem modum etiam Ecclesia est, & dicitur Catholica omni  
tempore, quia neminem à suo sinu absolute arceret, vel passim, idē, vel  
virtualiter, quatenus pasim nuntiis, fama, fulguribus gratia omnes  
& singulos invitat, vel actualiter, quatenus actu vocatio preconio ubi-  
vis, & semper personat. Postremo modō Evangelii prædicatio non est  
Catholica, intercedente hominum ingratitudine, qua nemesis divina,  
& famas verbi lacescit, primō vero modō semper est, fuit, erit Ca-  
tholica &c. Ordinaria vocatio vel est nuda, & indifferens, sic est uni-  
versalis, vel cum fructu, & sic est salutaris. Rom. 8,30. & particularis  
Matth. 10, 25.

§. 3 Solent etiam ita vocationem considerare, ut attendunt. (1) Dei intentionem. (2) Mandatum. (3) Promissiones. (4) Ipsius præco-  
nium: & in his omnibus universalitatem vocationis adstruunt. Meisn.  
Anthrop. Disp. 13. q. 3. §. 5. Observamus ulterius. 1. Medium, p. quod  
vocab Deus, quod est verbum, quo nobis voluntas Dei manifestatur,  
& beneficia per Christum parta offeruntur. 2. Efficaciam hujus verbi.  
Est hoc verbum vi, & efficacia divinā, quoad rem eādem cum virtute  
Spiritus. S., quoad modum habendi, differente, quippe quævis in Deo  
est originaliter, in verbo autem participativè. Hanc vim etiam semp  
habet, licet non semper effectum consequatur. 3. Aequalitatem efficaciae  
hujus, in ordine ad Electos, & Reprobos, quæ in hoc consistit, quod  
hoc verbum æquè sit reprobis, quam electis odor vita in se, dico in se;  
nam ex accidenti sane hic odor vita fit odor ad mortem. 4. Solent  
Theologi nostri hoc loco certos efficaciae verbi gradus observare, in  
quibus enumerandis non una est Theologorū ratio. D. König in Theol.  
Posit. illos hoc ordine ponit. (α) est gratia incipiens, qua p. verbum  
objectum salvificum pponitur, & connata in capacitas auferitur. Hæc  
respicit intellectum. (β) est gratia preparans, quâ cùm naturalis, tûm  
habitualis, simplex & vincibilis repugnantia inhibetur, ne fiat morosa.  
Hæc respicit voluntatem. (γ) gratia operans, qua Spiritus S. vires crea-  
turali operatur in convertendo. (δ) excitans, quâ homo ad conversio-  
nem instigatur, & propositum conversionis efficitur. (ε) perficiens, quâ  
ipsum fidei actum, mediante, verbo Spiritus S. producit. Ex his omnia  
bus patet, (ζ) quod Deus omnibus hominib[us] velit fidem dare, quippe

quæ est unicum medium ex parte homines, ea bona, quæ p verbum in vocatione divina offeruntur, acceptandi.

§. 4. Pergimus jam ad nostræ theses probationem. Probatur a. ex Matth. ii. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, ego reficiam vos. Ex hoc loco tale fluit argumentum. Q. omnes laborantes, & oneratos invitati serio, ut reficiat eos, ille vocat omnes homines ad Salutem. Atqui Christus Eccl. Minor est in textu. Major verò probatur partim, quia omnes homines sunt onerati peccatis, tum quod reficere hic sit nihil aliud, quam à peccatis liberare, cælestia solatia impertiri, & tandem æternum salvare. Resp. Adversarii communiter Neg. Maj. rat. neg. est, quia p omnes laborantes, & oneratos nō intelligunt omnes peccatores, sed tantum eos, qui hoc onus peccati sentiunt, & sub illo ingemiscunt. Resp. 1. Hoc dicitur, non probatur, inhæremus literæ, quæ temere deserenda nō est. 2. Repugnat hæc responsio principiis Calvinianorum, qui omnes Electos dicunt vocatos, sed si illi tantum vocati, q. sub onere ingemiscunt, Paulus fuit arcendus à numero vocatorū, qui erat aliquando sine sensu legis, & peccati, quod etiam adducit Corb. de Prædest. p 32. 3. Repugnat explicatio illis locis, ubi etiam vocantur reprobri, & vocationi rebelles. Esa. 65, 2. Jer. 7, 8. Matth. 21, 37. c. 22, 3. 4. 5. & seqq. Quidam verò, & in illis Piscator, etiam criticam hic exercent, & quod autea dictum erat in sua response, ita volunt probare; Piscator enim dicit κοπιῶντες, & μηδοπτερούνεται; notant tantum in sua significatione ejusmodi summè defatigatos, & ingemiscentes; sed quoad primum verbum refutatur à Beza in not. ad N. T. Matth. 6, 18. quoad alterum verò non uno scripturæ loco, Luc. 1, 46. Matth. 11, 30. ubi insinuat generalis harum vocum significatio, ad omnem laborem extensa. Porro adducimus p firmanda thesi locum Joh. 1, 9. Christus illuminat omnem venientem in hunc mundum. Plura hic non accumulabo, sed p efficacia verbī militat Loc. Jacob, 1, 21. Pro æqualitate sunt verba Chamieri lib. de Con. c. 5. Semen, inquit, est verbum Dei, at omne semen in se ipso vim habet, quam suo tempore exercet. Jam quod p se tale est, id apud omnes idem & æquale est, neq; n. ignis, qui nobis urit, potest boreales frigore constipare. Verba sunt: Danhaw. in Hodom. Calv. p. 3053. De ordine, & successione in operatione Spiritus S. egregie loquitur illa parabola de Semine Marc. 4, 27. 28. Quod verò fidem Deus serio velit omnibus dare, quamvis posita seria vocatione, quippe quæ ad fidem tendit, de

ea.

cauditare non licet: adducam tamen pro eo stabilendo locum infi-  
gnem Act. 17,30. Et tempora quidem hujus ignorantiae, cum hatto-  
nus dissimularit Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubiq; re-  
sipiscant. Jam poenitentia non est sine fide.

§. 5. Adducam quoq; testimonia librorum Symbolicorum, idq;  
eo magis, quia calumpniantur Calviniani, qvòd in Aug. Confess. art. 5.  
phæc verba, ubi & quando visum est Deo, respexerint nostræ Eccle-  
siæ ad absolutum decretum, ut Crocius, Alting. & alii, contra quos vid.  
Meisn. in Vind. Aug Conf. art. 5. tum etiam, qvia Neodorpius in Li-  
thero Orthodoxo p. 370. Croc: in Com. Aug. Conf. c. 25. & 50. arguit  
Lutheranos, quòd recesserint à doctrina Aug. Conf. de Vocat. & Vir-  
tute verbi, ita autē intonant Ecclesiæ nostra in Solida Declaratione p.  
812. tota Sacratissima Trinitas Pater, Filius, & Spiritus S. ablegant  
omnes homines ad Christum, tanquam librum vitæ, ut in eo æternam  
patris prædestinationem investigent, & cognoscant, & paulo post: hanc  
dulcissimam concionem vult Deus Pater, ut omnes audiant, vult, ut ad  
Christum veniant. Hic verò omnibus hominibus absq; ullo discrimine  
testis locupletissimus est, hanc esse Dei voluntatem, ut omnes homines  
ad Christum veniant, qvi peccatis gravati, & oneriati sunt, ut ab ipso  
recreentur, & salvi fiant. Form. Conc. p. 815. & 816.

§. 6. Thesi nostræ se opponunt Calviniani in multis capitibus. Sié  
negant, Deum omnes homines vocare; sed tamen hoc faciunt cum ali-  
quo discrimine, non tam quoad rem, quām lingvam, tres autem mo-  
dos loquendi observamus. (1) Paræus in Iren. 142 dicit: Promissiones  
gratiae sunt universales, peritentias ad omnes, quoad invitationem, præ-  
dicationem, & mandatum credendi. Sed ad hoc respondet D. Sigw. in  
Admon. de Iren. p. ead. Sunt ha meræ præstigie, quibus fascinare vult  
simplicium oculos, ut vel aliquod concedere velle videatur &c. Lubri-  
cum Paræi ingenium etiam notat Menz. in Exeg. Aug. Conf. art. 7.  
p. 363. Paræum alii seqvuntur, de quibus par esto judicium. (2) Alii  
verò dicunt: Deum quidem omnes homines vocare tam Electos, quām  
reprobos; sed hos voluntate signi, & ineffaci, illos voluntate efficaci  
& beneplaciti. Hæc sententia non indiget multorum testimoniorum,  
quippe frequentius nihil est in Reformatorum Scriptis, hac distin-  
ctionis applicatione, breviter saltem proponam verba Buanian loc. 36.  
q. 24 p. 396 quamvis generaliter omnes compellent vox Evangelii, m-  
num tamen est, & singulare fidei donū, eo quod nō omnibus patet istud.

chium Domini. (3) Alii tamen nec ipsam universalitatem in voluntate signi reliquam finunt, in cuius probationem Danhaw. Hodom. Calv. p. 1820. citat. Maccov. Disp. 2 de Prædest. p. 5. ita loquuntur. Etiam verbum aliquibus revelat, ut impingant, nec omnibus dat oculos ad videndum, aures ad audiendum, mentem ad intelligendum, sed occidat. Quomodo quas omnes, & singulos salvos fieri voluntate signi, dicit potest.

§. 7. H: omnes in re ipsa coaveniunt, Deum reprobos fieri, & vocatione efficaci nunquam vocare, vel vocare decreuisse. Hinc etiam Spanh. Exercit. de grat. universi Präf. ad Lect. p. 8. ita loquitur. Verè dicere possumus, doctrinam illam, (de vocatione universalis) instar colossi Nebucadnezaris, caput aureum habere, sed corpus sibi dispar, & desinere in metallum vile. Virgines pulchras Poetæ olim finxerunt, quæ in pisces desinabant, vel in serpentem, idem hic locum habet, & ut poma. Sodomitica colore pulchra tactu vanescunt in cineres, & favillas, sic speciosæ & pompatica illa gratia penitus expensa, tandem in merum ludibrium abit, & in vana præconia lingue. Ulterius circa medium vocationis verbum sc. varie peccant, sic seperant illud à sua virtute, quam ex Spiritu S. habet. Hinc illa distinctione inter vocationem externam, materialem, signi, ad viam præcedentem, oblate gracie, communem, & internam, formalem, beneplaciti, subsequentem, gracie indebet, singularem, quibus verbis utramque vocationem proponit Polanus l. 6. Syntagm. c. 35. p. 2823. Hinc Synodici in judicio exterorum p. 90. Deus in regeneratione naturæ voluntatis congruenter agit, non tantum Patheticis invitationibus &c. verum etiam supernaturis aliis facultatibus, IMMEDIATE eam inclinando. Sanè si hoc immediate fit, quomodo verbum erit organon?

§. 8. Evidem protestantur non semel, se statuere, Spiritum S. per verbum vere operari, ita etiam passim loquuntur: sed hæc protestatio est sine omni effectu, monet Danhaw. in Hodom. Calv. cont. Beum. statim enim reciduit, procedente explicatione, in id, quod antea protestatione à si amoliri conabantur, & verbum non tam Organon, quam comitem operationis faciunt, velita, ut Spiritus S. non per verbum, operatione organicè effectrice, sed eum verbo fidem operetur, si tamen sunt, qui hoc serio statuunt, cum illis rem non agimus, ita vero videntur serio hanc causam agere Helvetici, in confess. posteriori c. 18. p. 35. Cavendum, ne ea quæ sunt conversionis nostræ, & institutionis, ita occulte virtuti Spiritus S. attribuamus, ut ministerium Ecclesiasticum evanuemus.

§. 9.

§. 9. Porro negant, æqualitatem efficaciz, nam verbum in se in reprobis ægyptiorum statuunt, quippe quod Spiritus S. non intendit convertere propter absolutum decretum: in electis vero tantum operosum. Desiq; ordines illos, & gradus nostræ conversionis non parum turbant, per disputationes de gratia prædeterminatrice, & irresistibili, de qua in sequentibus commodius agemus. Postremo negant, quod Deus serio velit omnibus hominibus fidem dare salvificam, ita enim Chamier tom. 7. l. 15. c. 20. p. 722. *Fides non potest esse in reprobis.* Et Britanni in Synod. Dord. p. 787. non Electi ad statum justificationis, & adoptionis nunquam perveniant.

Th. V. Prædestination facta est intuitu fidei.

§. 1. Supersedebo, dum brevitate studio, varias fidei significaciones, & divisiones, quæ aliunde nota satis sunt, recensere, hoc saltem monens, fidem organicas, & in respectu ad suum objectum hic à me supponi, ita ut ratio intuitus non sit præcise actus noster, vel ipsa apprehensione, s. ex se & sua natura, s. ex benefica, & liberali Dei reputatione, vel acceptilatione dignitatem aliquam habens; sed unicè objectum justificum apprehensum: Konig in Theol. Pos. p. 206. exinde jam fluit, quod gratia Dei, & meritum Christi in decreto prædestinationis omnino respiciuntur, tanquam legitima ejusdem principia, cum fides ex illorum apprehensione omnem suam dignitatem habeat, & posito fidei intuitu, talis probatio non sit de novo instituenda.

§. 2. Catena vero actuum divinorum à nostris Theologis, Meissn. Disp. 14. p. 157. & ipsis etiam libris Symbolicis p. 802. Soli declar. hic solet explicari, & hic alii plures, alii pauciores gradus constituant, prout hanc materiam l. parcus, l. uberior retractant. Form. Concord. l. c. ponit. 8. gradus hoc ordine 1. decretum de universalis redemtione. 2. de Universalis oblatione beneficiorum meriti Christi. 3. de conversione per verbum. 4. de adoptione, & justificatione. 5. de renovatione, & sanctificatione. 6. de tutela, & defensione credentium. 7. de conservatione ad finem vitæ. 8. de æterna glorificatione. Meissn. vero in Anthropol. Disp. 14. p. 136. ponit 10. gradus hoc ordinem: 1. decretum ægyptiæ veritatis, vel creationis. 2. prævisio lapsus. 3. decretum ægyptiæ veritatis vel regenerationis. 4. Consilium de mediis. 5. prævisio eorum, qui modiis sunt usuri vel non. 6. euodonia, beneplacitum ægyptiæ veritatis vel propositi, de illis paucis, qui sunt mediis usuri, glorificandis.

(7)

(7) *wēγywōis*, præscientia specialis. (8) præcitorum dilectio. (9) di-  
lectorum electio. 10. Electorum prædestination. Sunt, qui magis con-  
cise procedunt, & ponunt 1. *wēγjēos*, 2. *wēγywōis*, 3. *προορισμὸς*,  
vel prædestinationem. König Theol posit. p. 115. In his gradibus ex-  
ecutio cum decretis si convertitur, summa ubiq; erit concordia; sed  
propter difficultates varias, in examinanda Heterodoxia adversario-  
rum, circa hanc thesin brevis ero, & ad probationē theses properabo.

S. 3. Primum autem fundamentum sumam ab ipso proposito ex  
*Eph. I. v. II. Rom. 8. v. 28. 2 Tim. I. v. 9.* Hinc ita arguo. *Qui actus*  
*Dei fit secundum propositum in actu salutis, ille fit intuitu fidei. Atque*  
*actus prædestinationis. E. Minor est in locis citatis. Major verò in pro-*  
*patulo erit, si ex verbo divino collegerimus, quid sit divinum pro-*  
*positum in hoc articulo, scilicet quod sit propositum solvandi eos,*  
*quæ in fide in Jesum Christum, usq; ad finem vita perseveraturi sunt.*  
*Joh. 3, 16. Eqvidem excipiunt, quod in locis citatis *wēγjēos*, & *wēγ-*  
*ορισμὸς* sint Synonima; sed ineptè admodum, sic enim sensus esset  
nugatorius in verbis Apostoli, ita enim sonaret, *wēγορισμὸς* factus  
est secundum *wēγορισμὸν*; Quare etiam Zenchius hic Piscatorem,  
aliosq; deserit, & discrimen admittit lib. 5. de N. D. c. 2. Secundum  
fundamenta per am ex *Thes. 2. v. 13.* elegit vos Deus ab initio ad Salu-  
tem, in Sanctificatione Spiritus, & fidei veritatis. Verba quævis clara-  
sunt, torquentur tamen à Calvinianis; excipiunt enim i. Fidem re-  
ferriri ad Salutem, non electionem, in hoc dicto, se verò concedere, si-  
dem, in executione decreti electionis, esse causam organicam salutis;  
sed contra ipsam textus literam hæc effutunt, dicit enim textus, ele-  
git nos in fide. Porro regerunt, hic non posse causas electionis ab A-  
postolo assignari, quia alias idem colligerem de Sanctitate, quod & illa  
esset causa prædestinationis, sed hoc nec ipsi admittimus, cum Sancti-  
tas sequatur, non verò producat justificationem, & salutem, quæ eas-  
dem, iuxta nos, habet causas; cum electione. Resp. Sanctitatem l.c. nō  
explicandam esse p bona opera hominis, ut sapienter in aliis locis, sed  
p opus Spiritus S. quo in nobis operatur fidem, & nos in Christo san-  
ctificat, vel non tam Sanctitatem in nobis, quam Sanctificationem  
Spiritus S. in nostris cordibus.*

Thesi nostræ repugnant præcipiè Pontificii, Calviniani, Sociniani.  
Verba Socini prel. c. 13 fol. 602. ita habent distinguit electionem in  
firmiores & infirmiores; illam à nostro studio, nostrāq; diligentia  
maxime

maximè pendere, & si quis rem diligentius consideret, in inferiore ele-  
tione etiam hominis voluntatem requiri, & factum, ita ut sine volun-  
tate nostrâ salus nobis non comparetur, & nihil planè efficiatur; cùm  
ne ipsa quidcm electio absq; voluntatis nostra libera actione aliqua  
esse, aut consistere ullo modo posse. Cœterum hic tamen observandū,  
qvòd jam ante, circa thesin primam monui, per electionem iphis intelli-  
gi destinationem certorum individuorum ad salutem, in tempore fa-  
ctam, per prædestinationem verò, quam ab æterno factam concedunt,  
intelligunt propositum Dei, & ab hac non tantum opera; sed etiam  
fidem excludunt, ita enim Crellius: *Prædestination, ut ipsa vox quodā-*  
*modo indicat, fidem & pietatem antecedit, electio eam deum conse-*  
*quitur, &c. Lib. de Deo, & attrib. Divin. c. 32.*

S. 4. Calviniani autem hic omnibus se viribus opponunt cum suo  
absoluto decreto, qvod nostri solent appellare Phantasma phantasma-  
tum, Menz. illud nominat sceptrum, juxta cuius nutum, & tenorem  
totam Scripturam oportet explicari. in *AntiCroc. Disp. 4. p. 93* Danh.  
comparat cum Paladio Trojano, cum igni Vestali. Ipsū etiam Gene-  
veses in *Act. Synod. p. 212.* vocant cor Ecclesæ, & Palladium. Vi  
hujus desreti Deus ante justa fundamenta mundi, secundum liberri-  
um voluntatis suæ beneplacitum, ex mera gratia, certam qvorundā  
hominum multitudinem, aliis nec meliorum, nec digniorum, ad salu-  
tem elegit, in Christo. &c. *Syn. Dord. p. 380.* In constituenda verò cate-  
na etiūm absoluti hujus decreti mirum in modum inter se pugnant,  
& tumultuantur, propter varias sententias supra, & infra lapsariorum,  
*Categoricorum & Hypotheticorum*, de quibus mox ordine dicam,  
primum tantum in genere ordinem decretorum recensebo, ordinat  
hos actus Bez. in *Coll. Momp.* Idem paulò fusius præstitit *Zanch lib. 5.*  
*c. 2. q. 1.* & alii passim; sed rem altè ponderatæ celeberr. Theol. Meiss.  
ita explicat in *Anthrop. Disp. 14. p. 128.* ut ponat quindecim gradus,  
quorum 6. priores repræsentant ipsum *Decretum*; 9. verò posteriores  
*Decreti Execucionem.* Ordo hic est. (1) *Propositum de manifestanda*  
*gloria in hominibus.* (2) *Absolutum decretum, de quibusdam glorifi-  
candis.* (3) *Glorificendorum specialis præscientia.* (4) *Præceptorum*  
*dilectio.* (5) *Dilectorum electio.* (6) *Electorum prædestination.* Haec  
enī *Decretum*, sequitur *Execuzio.* (7) *Prædestinorum creatio.* (8)  
*Creatorum corruptio.* (9) *Corruptorum redemptio.* (10) *Redemto-  
rum vocatio.* (11) *Vocatorum fides.* (12) *Fidelium justificatio.* (13) Ju-  
D  
stifica-

stificatorum conservatio. (14) Conservatorum glorificatio. (15) sit  
hac glorificatione orta gloria divina manifestatio. Et hic ponunt, ut  
ibid. monet Meissn. Calvinianorum ordinem *Analyticum*, & *Syntheticum*.  
Ille usurpatur, si à posteriore ascendo, hie, si à priori descendeo.

§. 5. Datur verò in cæteris consensus, saltim de hoc inter Calvinianos  
litigatur, an *creatio*, & *lapsus ad media executionis*, ut hic positum  
est, an *verò ad conditionem objecti*, *hominum prædestinatorum* perti-  
neant, vel an homines prædestinandi in prænotione divina, ante crea-  
tionem, *Slapsum*, cum peccato, considerentur: item, quod de univer-  
salitate *objectiva* monent *Hypothetici*, de quibus jam dicam. Ponun-  
tur ergo 1. *Supralapsarii*, qui statuant, decreto divino totali, vel cùm  
electivo, tum reprobatorio, substernendum esse hominem nudè creabi-  
lem, Deumq; decree vississe, ordine prius, quām creare decreverit, homi-  
nes quosdam ad vitam eligere, quosdcm reprobare. Huic sententiae  
Calvinus, quicquid etiam disputet Amyraldus p eo liberaudo, subscri-  
bit l. 3. Inst. c. 21. §. 1. p. 327. non pari conditione creantur omnes, sed  
alii vita eterna, alii damnatio eterna pteordinatur. Itaq; prout in  
alteriorum finem quisq; conditus est, ita vel ad vitam, vel ad mortem  
prædestinatum diuimus. Amyraldus qvomodo refutetur in defenden-  
do Calvino, vid. Curcellaeus in Vind. de jur. Dei c. 10. Et hæc sententia  
placet Beza, Zanchio, Chamiero, Piscatori, Guilhelmo Twys, Sc. Ma-  
xime verò hoc deducunt, ubi incidunt in explicationem c. u. ad Rom.  
Hic verò notamus illud, ut eo melius intelligantur Calviniani, aliter  
ipso loqui de deceeto, aliter de executione decreti. Sic, si & ipsi su-  
pralapsarii in scriptis suis admittunt respectum ad peccatum, exponi  
hoc debet de executione. Hinc illa verba Amyraldi; de jure Dei p. 51.  
*Nemo unquam in doctrina de prædestinatione adeo fuit prefractus, ut  
voluerit homines ad eternos inferorum cruciatum, ex mensa Dei volun-  
tate. seposita peccati consideratione, fuisse damnatos.*

§. 6. Porro supralapsarii sunt induplici differentia, quidam dicun-  
tur *Potentiales*, alii *Actuales*. *Potentiales* sunt illi, qui Deum potuisse  
quidem creaturam absolutè dominio ad exitium damare, non tamen  
id fecisse, docent, & hanc sententiam ipse Moses Amyraldus, qui cæ-  
teroquin acerrimus *Supralapsariorum* est oppugnator, defendit, ita  
enim loquitur in tratt. de Prædest. c. 4. Si Deus statim, postquam ho-  
minem condidit, eum in profundam inferorum abyssum demersisset,  
nulla habita ratione actionum ipsius, s. bonarum, s. malarū, tantum

ut summum suum in creasuras jus ostenderet, debuisse hominem in ea severitate non invitum acquiescere, quia creatura Creatoris est, ex absolu-  
to, & in definito jure. Pro hac sententia à Danhaw. in Hodom.  
Calv. p. 102. & seqq. citantur Szötlövius, Massonius, & alii Principium  
autem sententiae hujus rejicit idem autor ad Petrum de Alliaco.  
Actuales autem Supralapsarii sunt, de quibus jam supra diximus.

Si 7. Sub vel Infralapsarii, qui hominem lapsum ponunt objectū  
decreti, & hæc sententia magno numero defenditur, & placet etiam  
Synod. Dord. art. 2. de præd. p. 280. vid. Waleum loc. de Elect. p. 373.  
Disputatio hic fervet maximè de reprobatione, ejus verò cùm faciunt  
duos actus, Præteritionem, & Damnationem (priorem vocant Schola-  
stici decretura non dandi vitam, reprobationem passivam, privativam,  
negativam; posteriorem verò reprobationem attivam, positivam af-  
firmativam) concertatio est inter Infralapsarios, an Deus peccatum  
attenderit in utroq; actu, an verò tantum in posteriori: quod in Re-  
probatione positiva tantum respiciatur à Deo peccatum, defenditur à  
bene multis, ita autem Palatinus p. 914. Causa Reprobationis, cur quia  
busdam gratiosè electio, ceteros præterierit, est beneplacitum Dei, s.  
liberrima, & justissima ejus voluntas, causa autem damnationis est  
peccatum cum originale, tum actualia, adversus legem, & Evangelium  
admissa. Similia habent Britanni p. 505. Hasiaci p. 535. Emdani p. 97.  
Sunt tamen alii, quietiam ad decretum non dandivitam, s. Reproba-  
tionem negativam peccatum extendunt, verba sunt Maresii in Anti-  
Christ. revel. l. 2. c. 1. p. 19. cit. à Danhaw. in Hod p. 119. Reprobationis  
negativa conditio antecedens est peccatum, & illius servitus, qua ho-  
minem reprobabilem facit, positiva verò, qua est adjudicatio ad pa-  
nam, causa sunt peccata reproborum.

Si 8. Præter illos, quos hæc tenus adduximus, discessus, novus  
erit inter Hypotheticos & Cathegorieos; Hypothetici (hoc no-  
mine illos ipse Rivetus insignit) divinam gratiam extendunt ad o-  
mnes homines, hoc modò: Deus vult omnes salvos fieri, sc̄redant, unde  
etiam nomen sortiti sunt. Horum primum ponunt Ramum,  
post eum Mosen. Amyraldum, plures non commemorat Spanh, sed  
longè plures recenset in Germania, Danhaw. in Hodom, Calv. p. 121.  
Cathegorici verò, vel Anti-Amyraldini sunt; qui negant illum misericordia  
universalitatem, & limitatè quosdam saltem Deum velle sal-  
vos fieri, contendunt. Hæc, quia potuit fieri brevitate, de variis senten-  
tia-

tiarum divortiis inter Calvinianos circa præsentem materiam dicta sufficiant, hoc saltim ex Danh. l.c. observare licet : 1. dari inter *Supra*, & *Infralapsarios* quosdam mediós, quos ille vocat *abstractivos*, juxta quos homo *precise*, *indefinitè*, & *absolutè*, quatenus nec *labilis*, nec *lapsus*, nec *creabilis*, nec *creatus* reputatur, pónitur objectum decreti prædestinationis, & reprobationis. Pro hac sententia citat ille *Deputatos Synod. Zudiboll. in judicio provinciali* p. 97. 2. Omnes illas sententias redigi ad *Supralapsarios* actuales, si hypotheseis Calvinianorum excludimus, máxime verò intereunt omnia argumenta, ex Rom. 9. petitio, si *infra lapsariorum* obtinet sententia, quod etiam celebris Calvinista Curcellæus observat contra Mosen Amyraldum, ideoq; etiam sententia *Supralapsariorum* in *Syn. Dord.* non est expresse damnata, colligunt quidem quædam excausula; sed *Supralapsarii* hæc tanquam obscura ita interpretantur, ut sibi non obsint illa; Verum videamus etiam Pontificios.

§. 9. Intricata sanè, & periculosa in hoc capite est Pontificiorum doctrina. Non recensebo jam concertationes Scholasticorum, in quibus Occam & Biel fere idem cum Pelagio docent; contra Thomas, Bonaventuram &c. mitiores sunt, & Semipelagiani audiunt. Meniz. in A.C. p. 336. silentio quoq; involvam Disputationes, quæ hodiecum inter Pontificios volvuntur. An Prædestination secuta sit præscientiam peccati originalis originantur, s. Adamitici, an verò peccati originalis originati, Comnibus hominibus connati, quod dicitur, ut fatetur Bec. p. 163. propter Mariam Virginem, quæ prædestinata est, sed caruit peccato originali, juxta Jesuitas, & alios. Hoc tantum brevitor notabo, duas esse hodie palmarias sententias in hoc articulo inter Pontificios. In priori sunt illi, qui dicuntur Semipelagiani à nostratibus, illi docent, prædestinationem factam esse intuitu bonorum operum, subscribit illis Becanus, qui p. 192. longam seriem eorum nectit, qui cum eo hoc simul statuunt. Notamus tamen, hoc non simpliciter esse accipiendum; faciunt autem tres classes prædestinatorum, in primis ponuntur Electissimi, qui ita sunt confirmati in bono, ut non possint peccare, adeoq; v. possunt non salvari, tales Maria Virgo, Apostoli, & pauci alii. Greg. de Valent. rom. i. Disp. 1 qv. 23. punc. 445. de his accipiunt verba salvatoris. Pauci sunt Electi. Vid. etiam Cornel. à Lap. ad Matt. 26. p. 379. In secunda ponunt infantes paulò post baptismum defunctoris, de illis dicit Becanus p. 164. eos prædestinatos esse ad gloriam,

Sic

Sine prævisis meritis propriis, non tamen sine prævisis meritis Christi.  
In tertia sunt adulti, & de his demum verum est, quod docent, scilicet  
homines prædestinatos esse intuitu bonorum operum, de fide hinc est  
altum sicutum, cum tamen contra opera tam clara sit litera 2. Tim.  
1. 19. Qui nos liberavit, & vocavit in vocatione sancta, non secundum opera  
nostrâ, sed secundum propositum, & gratiam, quae data est nobis in  
Christo Iesu ante tempora seculuria. In posteriori sententia sunt illi,  
qui ad Calvinianorum castra accedunt, docentes, prædestinantem vo-  
luntatem, vel intentionem dandi ita esse gratuitam, ut nec meritum  
Christi, nec meritum hominum hinc attendatur, sed regnare hinc nus-  
cum beneplacitum divinum; quoad voluntatem vero exequentem, Deum  
respicere in adultis bona opera. Huic sententia se addicunt Cardina-  
lis Bellarminus lib. 3. de amiss. div. grat. c. 12. l. 2. de grat. & lib. arb.  
c. 8. greg. de Valent. rom. 1. Disp. 1. q. 23. punct. 4. §. 4. Suarez. lib. 3.  
de Aux. Grat. c. 17. Tanner. in Synop. doctr. de præd. cuius verba, quia  
pauca sunt, recensebo. Corona ex meritis confertur, que gratis præ-  
destinatur, Ordinationem graduum, angustiam disputationis exclusus,  
non ponam, vid. Menz. in Exeg. Aug. Conf p. (m) 337. Videbimus ad-  
huc paucis de gratia resistibili & amissibili, de quibus multa in Scholis  
adversariorum.

### Th. VI. Gratia DEI est resistibilis.

§. 1. Tria hic à nobis sunt præstanta. 1. Termini sunt evolvendi,  
2. Status controversiae est formandus. 3. Connexio terminorum testi-  
moniis Scripturæ S. firmando erit. Quantum ad terminos attinet,  
subjectum nobis facit gratia. Gratia in sua latitudine non dicitur à  
gratis dando, nam haec nominis notatio est nimis angusta, cum tan-  
tum gratia gratis data conveniat; non autem gratia proprie & prin-  
cipaliter dicte. Nam gratia in scriptura principaliter significat gra-  
tuitum DEI favorem, & amorem erga nos homines. Figurate vero,  
vel per Meronymiam, effectum gratiae vel favoris divini. In priori  
significatione dicitur activa; In posteriori passiva: Illa est gratia er-  
ganos; haec in nobis: ad illam habemus nos objective, ad hanc subje-  
ctive, vid. Gerh. Conf. Cath. art. 12. de grat. Meisn. Anthr. Disp. u.  
Usus gratiae activæ in Epistolis Pauli est frequenter. Scholastici,  
& Pontificii varias proferunt gratiae divisiones. Bell. lib. 1. de grat. &  
lib. arbit. Distingvit (a) iater gratiam æternam, & temporiam:  
illam definit p. amorem, quo nos Deus ante mundi constitutionem ab

ipsa æternitate dilexit: hanc diei, ait, beneficium justificationis, & vocationis, quæ ex æterna gratia, ut effectus ex causa derivatur: Cùm a. eadem sit gratia justificationis, & salvationis, quæ est electionis, Orthodoxi Theologi distinguunt inter gratiam æternam, & ejus manifestationem. Gerh., & Meissn. II. a. (β) in gratiam gratis datam, & gratum facientem. (γ) gratiam gratum facientem distinguunt in habitualem, & actualem. Qvod autem in nobis non est inhærente, neq; potest esse salva veritate Evangelica, illud non potest dividii in gratiæ habitualē, & actualem. Atq; gratia gratum faciens in nobis nō est. &c. E. Minorem stabilivit Paul. Eph. 1, 6. ubi docet, qvod gratia æterna nos faciat gratos. Hæc autem non potest esse gratia gratum faciens habitualis. Paulum sequuntur Oorthodoxi Theologi Gerb. l.c. c. i. gratia gratum faciens non est qualitas, per modum habitus in homi, ne permanens, sed gratutius DEI favor, & Meissn. Antrop. Disp. II. q. 3. §. 14. Quomodo enim in nobis esset gratia gratum faciens, cùm Luc. 17, 10: dicatur: si omnia feceritis, dicite, servi in uiles sumus. Et quicquid est in nobis bonarum qualitatum, vel virtutum, id donum Dei est. & ad gratiam gratis datam, non gratum facientem pertinet. Quamobrem Chemnitz, part. I. Exam. Concil. Trident. de fid. just. gratiam gratum facientem habitualem vocat figuratum Pontificiorum, & Scholasticorum. Nam unum idemq; sit Hunc in form. Conc. art. 3. de Just. fid. p. 285. Non potest simul subjectivè inhærente, & extra Subjectum subsistere; gratia igitur gratum faciens non potest esse habitualis, & inhærens. Qvibus ostensis, & concedendis, aperte sequitur, qvòd Scholasticorum divisiones gratiæ gratum facientis habitualis, ejusq; prædicata omnia sunt hominum inventa, qvibus orthodoxa theologia conspurcatur, qvæ non ex scholis, sed divinis litteris gratiæ distinctiones exponit, & indicat. Quamobrem negat, qvod (1) gratia gratum faciens dividatur in habitualem, & actualem. (2) ea sit gratia gratis data. (3) gratia gratis data nos Deo gratos faciat. (4) gratia gratum faciens sit donum gratutum à DEO collatum præcipuo ad unius cuiusq; propriam salutem spiritualem. (5) Ea consistat in motione qvadam, & actu transeunte; & per modum qualitatis in nobis permaneat. (6) complectatur varios habitus supernaturales. (7) Ea consistat in habitibus fidei, spei, & charitatis. (8) actuallis sit gratia auxillii specialis, vel auxilium, vel motio qvadam Dei, qua homo ad operationem, qvæ naturæ suæ vires superat, elevatur. (9)

Im.

Implicitet, gratiam esse, & non gratis datam. (10) gratia gratum faciens; nobis nihil agentibus, etiam in somno insit. (11) Gratia gratum faciens actualis sit auxilium speciale, quod distinguitur in gratiam excitantem & adjuvantem, operantem & cooperantem; & quae sunt alia inventa humana. Hactenus de Subjecto.

§. 2. Prædicatum est rō resistibile. Hic notandum; (1) Dordracenos de harbarie termini resistibilis queri, quod facile concedimus, neq; enim nos illum in venimus, sed iacentum oblatumq; usurpamus. (2) Varios titulos & elogia, quibus ornant illam irresistibilem gratiam, Paraus act. Synod. part. 1. p. 287. Collat. Hag. p. 217. Prof. Leida. in Cens. p. 167. vocant. Insuperabilem. Vim vericordiam. Coll. lib. 2. Inst. c. 3. §. 11. Inflexibilem. Gomar. Indeclinabilem. Coll. Hag. p. 247. Gefelinus in Specim. c. 4. p. 17. Vim omnipotentem. Plura encomia vid. ap. Hyls. Disp. de grat. convers. c. 2. §. 23. 3. Resistibile non dicit violentiam oppugnationis Physicæ, quæ uoluntas impugnaret Spirirum S., eumq; ceu inferiorem, debellareret, quem sententiam nobis opponit Wendelinus. Verum hic nihil aliud terminus ille significat, quam non admittere operationem Spiritus S. sive id fiat positive, contemendo spiritualia, curandoq; carnalia; s. negative, non utendo donis oblatis, vel coacescis, quæ verba sunt Mauriti in Fat. Calv. §. 55.

§. 3. Secundum, quod nobis expedienter, est statu controversia legitimè ponendus, hic autem non exigua se offert difficultas, propter dissonas, & discrepantes Reformatorum explicationes; quæ tamen possunt fieri perspicuitate, & brevitate verum indagabo. Mira igitur sunt quæ Maccovius circa statum controversia movet, in Anat. Arm. c. 43. ubi ita concipit quæstionem. An fieri possit, ut Eleclius nunquam convertatur, & Deo vocanti ad finem usq; resistat, aut gratia divina ita resistat, ut eā finaliter excidat. Et quia Arminiani suum quæstum non ita conceperunt, accusat illos, quod fraudulenter quæstionem disputent: sed quis quæso Arminianus unquam contra illud quæstum ita propositum disputavit? Nam idem est: Eleclum esse, & nunquam converti; ac si dicerem: homo est; sed non est rationalis. Deinde, quia gratia alia est extraordinaria; ut cum Paulus converteretur: alia ordinaria; Hæc quæstio teritur non de extraordinaria gratia, illam enim irresistibilem esse nec nos, nec Remonstrantes negant, sed ordinariam, quæ Spiritus S. per ordinarium verbi ministerium, conver-

80

sionem nostram operari intendit: Et hanc dicimus resistibilem: Unde frusta sunt illi, qui in censura illam gratiam Remonstrantibus opponunt, quod etiam castigant illi Remonstrantes in examine Cons. p. 181. Porro Reformati, monent, se hic non loqui de gratia externa sine interna; sed interna tantum. Verum quia talis, in sensu Calvinistico, gratiae distinctio, revera non datur, frusta nobis haec exceptio est. At nec de Interna gratia quoad omnes garadus hoc disputatione. *Paraeus in Syn. Dord* p. 312. pluribus verbis de hoc tractat. facit ille ibidem tres gratias: *vocantem s. externam*. huic resisti posse concedit. *Operantem*, de qua ultimò dicit, & *Cooperantem*, quam secundum quid dicit resistibilem, explicat autem hanc resistentiam per luctam carnis, & Spiritus, & trahit huc verba Apostoli, *caro concupiscit adversus Spiritum*. R. 7. Hanc resistentiam à presenti quæstione rejicit, quia non est inter voluntatem & gratiam, sed inter carnem & sensualitatem, (ita evim hunc locum explicat) In mediâ igitur gratia, sc. gratia operante, ponit hanc resistentiam, de qua disputatur; facit autem tres speciales gradus gratiae operantis. Verba ipsius ascribam. *Gratia (operans)* est motus misericordie DEI, (ut vocatur ab Augustino) quo intus in mentibus, voluntatibus, vel coribus nondum regenitorum operatur ea, quæ ad conversionem hominis pertinent. *Hee gratia s. notio Dei propriæ est*, quæ in quæstionem venit, nec tota tamen. *Testante enim Scripturâ, Experienciam*, sunt hujus gratiae tres distincti gradus, aliquorum enim Deus miseretur usq; bonum illuminationis, & fidei historicæ; aliquorum usq; ad bonum fidei temporarie, & alicuius latitiae, aliquorum ad bonum fidei salvifica, & regenerationis. *De tertii gradus operatione, quæ vocatio interna dicitur, totum quæstum est, irresistibilem hanc esse, firmissime probarunt Orthodoxi.* Haec ille. Alii aliter se exponunt, inter quos merito memorabimus Professores Leidenses, Poliand. Wale. Rivet. Twysse, in censura contra Remonstrantes, illi enim concedunt ibidem, etiam gratiam internam esse resistibilem, quod dubium sane movere poterat; sed exponendi sunt de gratia inefficacie. Huc etiam referimus illos, qui hoc exponunt exhypothesi, tali sc. quod, postquam fides salvifica jam ipso actu oritur, & orta est, nos illi resistere non possumus, propterea, quia quodcumq; est, eo ipso dum est, necesse est. Proponam verba Palatinorum, in actis p. 690. *Irresistibilis, & optimo*

optimo jure dicitur, & est operatio Dei, tunc ex parte gratiae,  
quia efficax Dei operatio est in actu posita, cui nemo potest resistere.  
Rom. 9, 17. prout Christus de gratia sapientia Apostolis data di-  
xit, cui omnes non poterant resistere. Luc. 21, 15. & Petrus, de gra-  
tia gentilibus data: Ego quis eram, qui possem deum prohibere.  
Act. 11, 17. Ex parte voluntatis: nam subdita gratiae efficacia, iam  
non vult resistere, & quia non vult, necessariò non vult, sicq; re-  
sistere velle non potest, salva sua libertate; nam unumquodq; dum  
est, necessariò est. Autem vel unicus adeo sana rationis expers  
daretur, qui hoc in dubium vocaret? Eodem enim tolleret pri-  
mum illud principium: impossibile est, idem simul esse, & non  
esse; ex hypothesi, quod detur jam fides, quomodo per resisten-  
tiā potest non dari? Ex his omnibus patere arbitror, ipsos Re-  
formatos saepius, quid ipsi possint, non satis recolere, dum ab-  
surditatem sententiarum suarum effugere querunt. Nostrates  
igitur ita formant Statum controversiae: An, positis omnibus  
gratiae auxiliis, adhuc sit in potestate hominis, non converti.  
Vid. Maurit. in Fat. Calv. §. 54. Affirmativa nostra est.

S. 4. In hujus affirmativae probationem, ex Scriptura S.  
referam illustrem illam parabolam, ab ipso Propheta explicatam.  
Esa. 5. Vineae est dilecta mea in collo pingui, & seprivit eam, &  
lapides ex ea elegit, & insevit eam generosis vitibus. & exstru-  
xit turrim in ea, atq; etiam torcular in ea exstruxit, cumq; ex-  
pectaret, ut ferret uvas, edidit labruscas. Nunc ergo Habitato-  
res Jerusalem, & viri Iudei judicate inter me, & vineam meam,  
quid est, quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei? cur  
igitur cum expectarem, ut uvas ferret, edidit labruscas? Qui  
aurea illa verba secundum fontem Hebreorum excutiunt, notant hic  
non pauca observatu digna, sed quantum ad praesens duo hic no-  
tamus, quod Deus dicat se expectasse, & sperasse fructus. 2. Quod  
omnia fecerit vineae suae, & nihilominus restiterit, vel labruscas  
ediderit. Hinc jam ita arguo. Qui Deo facienti omnia, qua  
poterant expectari, in homine convertendo, potest reluctari, id est,  
positis omnibus gratiae auxiliis, potest adhuc non converti, vel re-  
sistere. Atqui de Israëlitis, & per hos de aliis hominibus, ve-  
rum est prius. E. & posterius. Min. est in l. c. Resp. Wende-  
linus

linus ad Mih. Neg. Ad probationem autem, vel locum allegatum reponit, ibi tantum agi de gratia externa, non interna. Resp. proba. Probat ille, quia comparat se Deus vinitori, Vinitor autem non internas vires, sed externum cultum largitur arbori. Resp. 1. nullum simile extendendum est ultra tertium. 2. Hæc Resp. planè non potest consistere. Ratio Vinitor non potest nisi externam culturam arbori præstare, & eà posita, dicerelicet, se omnia, quæ potuerit, arbori fecisse; sed hæc Deo applicari non possunt, ille enim; quia non externam tantum, sed maximè etiam internam gratiam in potestate habet, illâ igitur internâ omisâ, si se omnia præstisset diceret, falsum diceret, quod in Deum veracissimum injurium est. Deinde contra externam illam gratiam Wendelini etiam ita argumentamur. Qui expectat, & sperat fructus, is feriò, & non tantum externè, vult ejus conversionem. Atqui Deus. E. Negat Wendel. Maj. quæ ratio negandi? Resp. quia hic Deo spes impropriè attribuitur, sive propriè, referres in Deum ignorantiam, & imprudentiam. Resp. Largior, in nobis spem esse affectum, constantem ex opinione & desiderio, sed cum in Deo non detur opus, sequitur pro desiderio maximè sumendam esse spem; at cum desiderio, quod refertur ad voluntatem, imprudentia, & ignorantia nihil habet commercii, quæ respiciunt intellectum. Plura testimonia qui desiderat, consulat loca Es. LX, 2. Ezech. XII, 2. Luc. XIII, 24. Act. VII, 51.

S. 5. Qui nostræ thesi contradicunt sunt præcipue Calviniani, quorum verba partim circa formationem Status controversie audivimus. De gratia igitur irresistibili, observamus, Calvinum hoc suum dogma, tanquam novum, & multis seculis absconditum prædicare. Ita habent verba ipsius, lib. 2. Inst. cap. 7. n. 10. Voluntatem (Deus) movet non qualiter multis seculis traditum, & creditum est, ut nostra postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari; sed illam efficaciter afficiendo. Illud igitur toties à Chrysostomo repetitum repudiari necesse est: Quem trahit volenter trahit: quo insinuat, Dominum porrecta tantum manu expectare, an suo auxilio juvari allubescat. Athæc novitas, nobis suspecta, tanto magis erit incitamento, ut ab illa caveamus. Reliquorum verba hic nondenuò citabo, quia initio hujus theses  
de iis

de iis dixi. Ipsi Calviniani onere hujus absurdæ sententiae suæ premuntur, unde Sacro qvodam Silentio eam svadent involvendam, Verba sunt Molinæ in Anal. Arm. c. 43. Res est, cuius experimentum magis est optandum, qvam explicanda efficacia. Nihilominus crassiora tantum dissidia illorū proponam.

Cum igitur illam prædeterminatricem, & irresistibilem gratiam omnes tueantur, vexata planè teritur inter ipsos controversia, unde oriatur illa irresistibilitas. Quidam disputant, Deum tantum agere efficaciar illuminando intellectum, & tum voluntatem necessariò seqvi intellectum illuminatum, adeoq; causam, cur voluntas non resistat gratiæ, referunt ad illud lumen intellectus, à Deo concessum. Hanc sententiam defendunt ex falso principio Thomistarum, qvòd detur ejusmodi judicium practicum, cuius determinatione voluntas agat, ita ut, illo judicio posito, non possit non, & non aliter agere voluntas. Sed sanè cum tale judicium sit planè fictitium, contradicitorum libertatem voluntatis destituens, meritò exploditur. Hanc sententiam tuentur Came-ro, Maccovius, Hornbeck. vid. Maurit. Fat. Galv. §. 47. Plerique tamen Calviniani ab è opinione recedunt. Synod. Dordr. exp̄s̄ s̄cribit. Non illuminat tantum (Deus) mentem hominum potenter per Spiritum S., ut recte intelligent, & dijudicent, quæ sunt Spiritus Dei, sed ejusdem etiam Spiritus efficacia, ad intima hominis penetrat, cor clausum aperit, durum emollit, præputiatum circumcidit, voluntati novas qualitates infundit, facitque eam ex mortua vivam, ex malo bonam. Act. 10, 3. Hi igitur statunt, qvòd Deus etiam in ipsam voluntatem agat per gratiam irresistibilem, Verùm nova excitatur controversia, in qvodenam sit ratio irresistibilitatis reducenda, an in Deum, an in voluntatem, vel ut clarius rem efferam, an gratia sit irresistibilis ex parte DEI, an ex parte voluntatis. Non enim desunt, verba sunt Mauritii in Fat. Galv. §. 53 qui dicunt, voluntatem Electi, naturā suā, & respectu sui posse non credere, respectu verò DEI non posse. Dordraceni hic nihil certi determinant; Palatini autem utramq; & ratione Dei, & ratione voluntatis defendunt in act. p. 690. Quamvis, ut ibidem monet Maurit. nihil ad rem respondeant, loquuntur enim de gratiâ ex hypothesi, qvòd jam actu detur, qvemodo sine dubio irresistibilis est.

§. 6. Pontificii hic non minus intricatam habent controver-  
siam, sc. quomodo sit, ut gratia in hoc sit efficax, in illo non,  
si in eadem concione duo audiunt verbum, Bell. causæ difficultate  
pressus, quid ipse statuar, nescit, & quod modò ponit, modò ite-  
rum destruit. lib. 1. de grat. Dei c. 12. 13. vid. Meisn. in Anthr. disp.  
ii. p. 75. ubi hanc controversiam vocat eam, quam vix capit ca-  
ptus humanus, ideoq; forte talia qværenti respondendum foret di-  
gito compesce labellum. Enumerat autem ibidem tres sententias  
inter Pontificios. (α) Gregorius de Valentia causam rejicit in gra-  
tiam, ipsam enim gratiam aliam esse in eo, qvi convertitur, & eo  
qvi non convertitur qv. 3. punct. 4 partim in liberum arbitri-  
um, quo homo potest gratiæ cooperati, & non cooperari. (β) Beccanus, gratiam eandem esse apud eum, qvi convertitur, & non  
convertitur, dicit, & causam in solum liberum arbitrium refert,  
quia unus illis liberi arbitrii viribus cooperatur, alter non, c. 3. tb. 7.  
& c. 7. tb. 1. (γ) Bellarminus modò causam ponit beneplacitum  
Dei, qvia Deus sic decrevit, & voluit, ut hic præ illo convertere-  
tur, & sic est Calvinista. lib. 1. de grat. c. 12. & 13. fol. 559. modò au-  
tem in Lib. Arbitr. nam c. 13. col. 568. etiam cooperationem ad-  
mittit causam secundariam. Ita illi; qvi tamen modi expo-  
nendi omnes sunt de nihilo, & rejiciendi, & vera causa, cur gra-  
tia illa, qvæ in se una, & simplex est, erga illum, qvi convertitur,  
& non convertitus, in effectu variet, recidit in hominum repugnan-  
tiā, qvia hic resistit, ille non resistit huic gratiæ, vid. Meisn. l.c.  
Præter has disputationes in eo etiam thesi nostra contradicunt,  
quod habeant aliquam gratiam congruam, quam dicunt esse irre-  
sistibilem. Ita Tannerus Disp. 3 q. 4. dub. 3. p. 773. gratia congrua  
Electorum propria est, cui videlicet infallibiliter annexitur tum  
cooperatio, tum perseverantia finalis. Et ibidem dubio s. dicit  
gratia congrua nemo abati, nemo non bene uti potest. Et Bellarm.  
l. 3. de grat. & L. A. c. 16. Posito hoc Dei influxu, (gratiæ congrue)  
fieri non potest, ut voluntas non operetur.

### Th. VII. Gratia Dei est amissibilis,

§. 1. Notamus circa qvæstionem hanc, qvæ alias solet in-  
stituide fide an possit vera fides excuti (α) hic qværi de regenitis,  
sive

five sunt electi, five non electi. (β) P̄iores totaliter, non finaliter: P̄steriores & totaliter, & finaliter gratiam hanc amittere. (γ) Q̄z̄ritur de fidelibus non collectivè, sed individualiter sicutis. (δ) non tantum de fide actuali, sed etiam habituali disputamus, vel ut alii dicunt, non tantum de actu secundo fidei, sed, etiam actu primo. (ε) Fideles in sensu diviso, non in sensu composito, vel quatenus sunt fideles hic supponuntur; In hoc enim posteriori sensu nemo quæstionis affirmativam tuebitur, nisi contradictoria defendere placuerit. (ζ) Tò penitus de statu p̄senti, non futuro est assumendum, ut hic sit sensus: fideles penitus amittunt gratiam Spiritus S., qvoad statum p̄sente. His ita positis, hæc est quæstio: An regeniti fidei iustificantis gratiam possint penitus amittere, non tantum totaliter, sed etiam quandoq; finaliter. Affirmativa nostra est,

S. 2. Probamus ex Ezech. 18, 25. Cum avertit se justus à iustitia, & facit iniq;itatem, secundum omnes abominationes, quas facit improbus, facie, & vive, omnes iustitiae ejus, quas fecit, non memorbuntur. Hinc ita arguo. Qui potest se à iustitia ad iniq;itatem, & abominationes ita avertere, ut omnis iustitia ejus non memoretur, sed eternum pereat, ille potest amittere gratiam Spiritus S. vel fidem salvicam, totaliter. Atqui de Regenitis verum est prīns, Ergo Maj. prob. nam ubi iustitia est, ibi fidem esse necesse est, qvippe quæ est unicum iustitiae medium, Min. patet ex textu. Resp. Calviniani, Negando & Maj. & Min. ratio negandi qvoad Majorem est, qvia id dictum non agit de iustitia fidei; sed legis. 2. Non de verè justo, sed putativè tali ~~zatæ~~ dōξ̄as justo. 3. Mors intelligitur corporalis. 4: Dictum est conditionale, si talis impius est; conditio autem nihil ponit inesse. Resp. ad (1) singitur hoc non probatur, iustitia legis est impossibilis, qvomodo sub illa vita promittitur. Ad (2) Hoc apertè repugnat textui; pone enim sermonem esse de hypocrita, jam hic erit sensus: si hypocrita desinat esse hypocrita, & fieri manifestè impius, morietur, qvæsi non ante etiam moriturus esset. Deinde justo hic injustus opponitur, jam non injustus putativè exponitur, ita, per legem oppositorum, nec de justo id fieri debet. Tandem

dicitur, illum justum suā justitiā vivere posse, qvod non valet de  
hypocritia. Ad (3) Uniuspositio non est alterius exclusio, vid. Su-  
prath. 2. Ad (4) hoc planè negatur. Nulla hīc appetit conditio-  
nata propositio. Deinde ut maximē hoc poteretur, nihil tamen  
exinde Calvinianorum sententia accederet; Et si conditio nihil  
ponat in esse, ponit tamen in posse. Nos etiam in thesi de eo,  
qvid fieri possit, disputamus, qvamvis, id ipsum sāpissime etiam  
fieri, satis patet ex variis exemplis Davidis, Sauli, Salomois.  
Præter hunc locum opponimus alia Clarissima Ebr. 6, 4. Nam  
fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustaverintq; bo-  
num Dei verbum, ac virtutes futuri seculi, si excidant, denuo re-  
noventur per penitentiam, denuò crucifigentes sibimetipſis filium  
Dei, & infamantes. Ebr. 10, 26. Si volenter peccaverimus, post  
acceptam cognitionem veritatis, non ultim pro peccatis est hostia.

S. 3. Thesi nostra repugnant, ut taceam Manichæos faci-  
entes tres hominum ordines (1) inconvertibiles, qvos appellabant  
χοικες, (2) Medios, qui separatione της ψλης poterant boni fieri,  
(3) Bonos, qvinon poterant labi, & peccare. 1. Anabaptiste, dam-  
nati in A. C. art. 12. de peen. p. 13. qui negant, semel justifica-  
tos posse amittere Spiritum S. 2. Calviniani hīc præ ceteris no-  
biscum disputant. Sed ut in præcedentibus, ita etiam in hoc sunt  
inconstantes. Piscator in Tripartit. Resp. p. 351. hoc ita exponit:  
Electos non posse cadere, si Divina manu teneantur; posse, si suis  
viribus permittantur. Talis autem hypothetica indefectibilitas aliis  
non placet, & qvia vi suarum hypothesium ejusmodi conditio de  
electis, qvod sc. derelinquantur, non est dabilis, absolutè defendunt,  
gratiam esse inammissibilem, sed ponunt tamen gradus quosdam:  
Altius. p. 265. in sua explicatione considerat fidem *in actu*, sic  
illam concedit atmissibilem, *in sensu*, sic etiam habet eam pro a-  
missibili, *in semine & radice*, sic indefectibilem statuit. Nota-  
mus & hoc, Calvinianos graviter ferre, qvod ipsis tribuamus er-  
rorem Anabaptistarum. in art. 12. A. C. datum, & discrimina-  
hīc esse volunt. Croc. in Comm. Protest. pauci sacro: Id. damnatio  
sc Anabaptistarum, nos non tangit Et. prolixus est ibidem, sum-  
ma eo redit, qvōd Calviniani gratiam non statuant, ita esse amis-  
sibilem, quasi credentes non possent in gravia delicta ruere; sed  
tantum

tantum radicem fidei in illis delictis non planè extirpari. putatq; hanc sententiam in art. 12. non damnari, sed monet D. Danh. in Hedem. Calv. p. 1999. frustra hac dici. Uterq; sane error ibidem damnatur ab ecclesiis nostris, duo enim ponunt: *Damnamus, qui negant semel iustificatos posse amittere Spiritum S.* id expressè est contra Calvinianos; deinde; item contendunt, qvibusdam tantum perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint. Tandem opponunt se Sociniani, qui id, qvod in posteriore membro damnabat Aug. Conf. defendant: scilicet hominem in hac vita posse ad tantam perfectionem pervenire, ut sit planè impeccabilis. Soc. in defens. C. VII. ad Rom. Smalz. c. VI. contem Frantz. vid. Carpz. in Isag. A.C. p. 397. Hic colophonem jam illustri materia imponimus, qvæ inter angustas disputationis hujus pagelas plenus pertractari non potuit spatio, qvod vacuum nobis reliquit sequentia dicabimus.

#### Corolar. I.

Per gratiam, qvæ est effectus gratiæ DEI æternæ, gratuitumq; DEI donum, in Sacris literis non intelligitur qvodvis donum Dei gratuitum, seu naturale, seu supernaturale.

2.

Objectum gratiæ Rom. II, 5. non est humanum genus; Sed sunt Electi.

3.

Christus, ejusq; meritum est donum gratiæ universalis, qvâ Deus ex aqvo omnes homines dileyit; non itaq; dici potest, qvod Christus, ejusq; meritum sit gratia non inhærens, vi meriti Christi lapso hominum generi collata.

4.

Distinctio Scholasticorum, qvâ gratiam inhærentem distinguunt in gratiam gratis datam, & gratiam gratum

gratum facientem, Nostratibus non placet qvoad  
rem ipsam.

5.

Termini, sc. gratia gratum faciens, & gratia  
gratis data Nostratibus non simpliciter displicant.

6.

Circa primum actum fidei, putà notitiam, No-  
strates non differunt. Nam fidei tres actus, putà no-  
titiam, assensum, & fiduciam tribuunt.

7.

Fides per modum dispositionis, vel absolutè con-  
siderata, non justificat in conspectu DEI.

8.

Fides relativè, vel objectivè considerata homi-  
nem justificat in judicio Divino.

9.

Charitas non pertinet ad essentiam fidei justi-  
ficipantis.

10.

Fides per charitatem hominem non justificat,  
neq; salvum facit.

II.

Fides quidem operatur per charitatem, non au-  
tem in actu justificationis, & Salvationis; sed renova-  
tionis, qvæ justificationem seqvitur.











tantum radicem fidei in illis delictis non planè e  
hanc sententiam in art. 12. non damnari, sed  
in Hôdôm. Calv. p. 1999. frustra hæc dici. Ut  
dem damnatur ab ecclesiis nostris, duo enim pon  
qui negant semel iustificatos posse amittere Spîrit  
est contra Calviaianos; deinde; item contendunt  
tum perfectionem in hac vita contingere, ut pe  
Tandem opponunt se Sociniani, qui id, quod in  
brodamnabat Aug. Conf. defendant: scilicet ho  
ta posse ad tantam perfectionem pervenire, ut si  
bilis. Soc. in defens. C. VII. ad Rom. Smalz. c. I  
vid. Carpz. in Isag. A.C. p. 397. Hic colophonem  
teria imponimus, qvæ inter angustas disputatio  
las plenius pertractari non potuit spatio, quod u  
lloqvitur sequentia dicabimus.

#### Corolar. I.

Per gratiam, qvæ est effectus gratiæ  
gratuitumq; DEI donum, in Sacris liter  
gitur qvòdvis donum Dei gratuitum,  
seu supernaturalē.

2.

Objectum gratiæ Rom. II, 5. non  
genus; Sed sunt Electi.

3.

Christus, ejusq; meritum est donu  
versalis, qvâ Deus ex æquo omnes ho  
non itaq; dici potest, qvòd Christus, ej  
sit gratia non inhærens, vi meriti Chris  
tum generi collata.

4.

Distinctio Scholasticorum, qvâ gra  
tem distingunt in gratiam gratis data




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 1234567890